Dat. *à*	*Quoi*, cui.

Præter hæc tria Pronomina Relativa, *qui*, *lequel laquelle*, *quoi*, enumerantur etiam inter *Relativa*;

Le, *La*, *Les*, *Y*, *En*, *Dont*, *Ou* & *Que*.

De quorum omnium usu mox videbimus;

mus; sed priùs aliquid dicemus de Pronomine *Quoi*, *Qui*, & *Lequel*.

Pronomen *Quoi* rarissimè usurpatur in *Nominativo* & *Accusativo*: In *Genitivo* autem & *Ablativo* usurpatur tantummodò in phrasibus nonnullis in quibus relationem habet ad *Rien*, vel ad *Ce*, *Substantivè* positum, ut: *c'est de quoi il est le maitre*, hoc ipsum est de quo potest pro arbitrio disponere. In *Dativo* eundem fermè usum retinet; id est, non adhibetur commodè, nisi ubi relationem habet ad *Rien* vel ad *Ce*, *Substantive* positum, ut: *il n'y a rien à quoi je sois plus porté*, ad nihil magis feror. Dicitur tamen etiam *le mal à quoi il est sujet* malum cui obnoxius est, *c'est une objection à quoi il faut répondre*, objectio est ad quam respondendum est: Verùm in his & similibus exemplis meliùs fortè adhiberentur Pronomina, *auquel*, *à laquelle*. Ita docet Eruditissimus *D. Desmarais* in sua Grammat. pag. 288.

Qui, & *Lequel*, in eo differunt, quod *Qui*, in Casibus Obliquis *Personis* tantum tribuatur, ut: *c'est une personne de qui j'ai reçu beaucoup de faveurs*, is est à quo multis affectus fui favoribus.

C'est un ami à qui j'ai donné mon cœur, amicus est cui cor meum dedi.

Non.

Non vero, *c'est un cheval de qui*; sed *dont*; Non *à qui*, sed *auquel*.

Idem intellige de rebus *inanimatis*; itaque non dices, *c'est un jardin de qui je retire beaucoup de fruits*, sed *duquel*, vel *dont*, hortus est ex quo multos colligo fructus.

Neque, *c'est une Vertu à qui vous êtes fort porté*; sed *à laquelle*, est virtus ad quam valde propensus es.

Excipe Res per *Prosopopœiam* animatas, & *Phrases Personales*: ut: *la Renommée de qui vous faites tant d'estime* fama quam tanti facis.

Voila une fleur à qui je me suis donné, ecce florem cui me ipsum dedi.

Utimur tamen aliquando Pronomine *lequel*, in Casibus obliquis, dum loquimur de Personis: Hoc accidit præsertim in *Genitivo*, & *Ablativo*; si scilicet Pronomen à *Subjecto* suo separetur per *Attributum*, ut: *l'homme, la vertu duquel j'estime tant*, homo, virtutem cujus ego tanti facio, *la parente, les efforts de laquelle vous ont rendu hureuse*, cognata cujus conatibus &c.

Si autem *Attributum* illud quod Pronomen à suo *Subjecto* separat, sit in *Dativo* vel *Ablativo*, tunc indifferenter utemur Pronomine *duquel*, vel *de qui*, ut:

 c'est

c'est l'homme a l'amitié de qui, vel *duquel*, homo est cujus amicitiæ, *la femme de la fidelité de laquelle*, vel *de qui*, uxor à cujus fidelitate.

Sic in *Dativo* dicitur, *c'est un homme auquel il n'y a rien à redire*, nihil in hoc homine increpandum reperies.

Etiam in *Accusativo* optimè de Personis accipitur *lequel*, si à *præpositione* regatur; ut: *l'homme sur lequel je me confiois*, vir in quo confidebam.

Sic usurpatur etiam *Lequel*, & non *Qui*, dum duo *Substantiva* diversi generis præcedunt, & *Relativum* ad remotius refertur, ut; *voila l'opinion de l'Auteur, laquelle je vous prië de suivre*, & non, *que je vous prië de suivre.*

Le, La, Les.

Si *Nominibus* præponantur, sunt *Articuli*, ut: *le Ciel* cœlum, *la terre* terra, *les hommes* homines, *les femmes* fœminæ.

Si *Verbis* præponantur, sunt vel *Pronomina Personalia*, de quibus dictum suprà cap. XLI. vel *Relativa*, ut apparet ex exemplis sequentibus, & præponuntur *Verbis Accusativum* exigentibus, ut: *priez vous Dieu?* oras-ne Deum, *Oui*, *je le prië tous les jours* maximè illum oro quotidiè.

Avez-vous la crainte de Dieu devant les

les yeux? habes-ne timorem Dei ob oculos? *Oui, je l'ai*, imò habeo.

Lisez-vous la Sainte Ecriture? Legis-ne Sacram Scripturam? *oui, je la lis, non, je ne la lis pas*, sic, eam lego, non, non lego eam.

Cherchez-vous les honneurs? quæris-ne honores? *oui, je les cherche*, sic eos, quæro.

Aimez-vous les bonnes lettres? amas-ne bonas literas? *oui, je les aime*, imò, eas amo.

Dantur tamen casus in quibus *le, les*, & fortè etiam, *la*, præponuntur *Verbo*, quamvis ab eodem non regantur, ut: *vous étes riche & je ne le suis pas*, dives es tu, non ego, *ce les sont*, Ii ipsi sunt, *ma mere est malade, ma soeur la*, (vel secundum alios *le*) *deviendra aussi*, mater mea morbo correpta est, sic erit etiam soror mea.

An dicendum sit *ma mere est malade, ma soeur la deviendra aussi*, vel *le deviendra aussi?* vide infra libr. 3. cap. 16. sub litt. L.

Y.

Præponitur *Verbis* quæ regunt *Dativum*, ut: *êtes vous porté à la Vertu?* teneris-ne Virtutis amore? *Oui, j'y suis porté* imò, teneor.

Refert etiam locum *in Quo* & *ad Quem*, ut: *Monsieur est-il au logis?* estne Dominus domi? *oui, il y est*, imò, est. *Ira-t-il à Paris, en France?* ibit-ne Parisios, in Galliam? *non, il n'y ira pas*, non ibit.

Hæc particula Relativa (*Y*) non usurpatur de *Personis*, nisi in his & similibus casibus, *c'est un homme dangereux, il ne faut pas s'y fier*, homo est periculosus, non est illi fidendum, *je n'ai pas affaire à lui, car tous ceux qui y ont eu affaire ont été malhûreux*, nihil cum illo negotii habeo, omnes enim qui cum eo &c. *attachez vous à lui, & attachez vous y tout de bon*, adhære illi, & quidem seriò. In quibus omnibus casibus (*y*) ponitur pro *à lui:* Verùm *à lui* hic non est verus Dativus, ut observat rectè *D. Desmarais* in dict. Grammat. pag. 292. junge ibid. pag. 224. 225. & pag. 240. 241. ubi examinatur quandònam *Dativus* potest dici *verus & purus*.

En, id est, illius, illorum, illarum, de illo, illâ, de illis.

1. Denotat *Personam*, aut *Rem*, ut: *Qu'avez-vous reçu de Monsieur?* Quid à Domino accepisti? *J'en ai reçu*, &c.

Que

Que croïez-vous de cela? Quid credis de eo? *j'en crois*, credo.

2. *Locum* refert, ut: *venez-vous de Paris*, venis-ne Parisiis? *j'en viens*, ita venio.

3. Refertur ad *partem* rei alicujus, ut: *avez-vous du pain?* habes-ne panem, *j'en ai*, habeo.

Si autem de pane integro est quæstio, dicendum, *avez-vous le pain?* habes-ne panem, & respondendum, *je l'ai.*

Observa, *il y en a* sunt nonnulli.

C'est un vice d'etre avare, c'en est un aussi d'être trop libéral, vitium est avaritia, vitium est etiam nimia liberalitas.

Tout le monde m'en veut, omnes in me excandescunt.

De hâc particulâ, plura vide apud *D. Desmarais*, dict. Grammat. pag. 293. & seq.

Dont.

Usurpatur pro *cujus*, *quorum*, *quarum*, *de quo*, *de quâ*, *de quibus*, ut: *l'épée dont vous m'avez blessé*, ensis quo me sauciasti.

Les maisons dont vous m'avez parlé, domus de quibus locutus es me-cum.

Dicitur etiam de *Personis*, ut: *l'homme dont*, vel *de qui vous*, homo de quo tu, *la femme dont*, vel *de qui*, *vous avez pris le livre*, fœmina cujus librum abstulisti.

listi. Vide *D. Desmarais* in dicta Grammat. pag. 285. & 289.

Où.

Ponitur etiam eleganter pro *auquel*, vel *dans lequel*, sive pro *mascul.* sive pro *fœmin. singulari*, aut *plurali*; id est, loco *Dativi* vel *Ablativi* cum *Præpositione* (*in*) ut: *le triste état où je vous ai laissé*, meliùs quàm, *auquel*, tristis status in quo te reliqui.

De hâc *Particulâ*, plura possunt videri apud *D. Desmarais* dict. Grammat. pag. 289. & seq.

Que.

Adhibetur aliquando pro *Dativo*, *a qui*, *auquel*, sive in *singulari*, sive in *plurali*, *mascul.* aut *fœmin.* ut: *c'est a vous que je parle*, tu ipse es quem alloquor.

Accipitur etiam eodem modo pro *Ablativo*, ut: *c'est d'elles qu'on parle*, illæ sunt de quibus sermo habetur.

Hoc autem accidit tantummodo quando *Subjectum*, sive *Terminus relationis* est in *Dativo*, vel *Ablativo*, ut patet ex allatis exemplis.

Cap. XVI.

De Interrogativis.

Interrogativa Conjunctiva.

Singularis.

	Masc.		Fœm.
Nom. & Acc.			
Gen. & Abl. *de*	*Quel?* quis?		*Quelle?* quæ
Dat. *à*			

Plural.

	Masc.		Fœm.
Nom. & Acc.			
Gen. & Abl. *de*	*quels?* qui?		*quelles?* quæ
Dat. *à*			

Hæc *Substantivis* sunt præponenda, ut: *Quel livre avez-vous?* quem librum habes? *Quelle faveur, prétendez-vous?* quem favorem prætendis? *Quelles gens sont-ce la?* Quales homines sunt ibi?

Interrogativa Absoluta.

Masc. Gen.

Nom. & Acc.	*lequel* quis
Gen. & Abl.	*duquel* cujus.
Dat.	*auquel* cui.

Fœm. Gen.

Nom. & Acc.	*laquelle* quæ
Gen. & Abl.	*de laquelle* cujus
Dat.	*à laquelle* cui.

Plural.

	Masc.	*Fœm.*
Nom. & Acc.	*lesquels* qui	*lesquelles* quæ
Gen. & Abl.	*desquels* quorum	*desquelles* quarum
Dat.	*auxquels* quibus	*auxquelles* quibus.

Utriusque Generis, & Numeri.

Nom. & Acc.	Qui Quis, quæ &c.
Gen. & Abl. *de*	
Dat. *à*	
Nom. & Acc.	Quoi Quid?
Gen. & Abl. *de*	
Dat. *à*	

Quoi, *Que*, Neutraliter sumuntur, & Rei, non Personæ, inserviunt, ut: *Que dites-vous?* quid dicis? *Qu'est cela?* Quid hoc est.

Que usurpatur solum in *Nominativo*, vel *Accusativo* casu: In cæteris *Casibus* utimur Pronomine Interrogativo *Quoi*, cum *Particulis*, *de*, *à*, ut:

De

De quoi parle-t-on? cujus rei fit mentio?

A quoi passerons-nous le tems? quomodo tempus teremus?

Qui, & *Lequel*, differunt in eo quod, *Qui*, de magis Universali ponatur, *Lequel*, de Peculiari, ut *Qui a fait cela?* Quis hoc fecit? *un de mes freres*, unus fratrum meorum: *Lequel?* quis eorum:

Hæc Interrogativa junguntur quoque Verbis *Savoir*, & *ne Savoir pas*, ut:

Je ne sais quel livre c'est, nescio qualis liber sit.

Je ne sais lequel choisir, nescio quem eligam.

Nous savons qui vous êtes, qui elle est, scimus qui tu es, quæ illa est.

C'est une admirable chose, que ce je ne sais quoi, mirum est illud nescio quid.

CAP. XVII.

De Indefinitis.

INDEFINITA *Personam*, aut *Rem* aliquam Incertam significant, & sunt *Conjunctiva*, vel *Absoluta*.

Indefinita Conjunctiva.

Sunt sequentia.

Quelque aliquis, *Quelconque* ullus, *Chaque*

que quilibet, *Aucun* ullus, *Nul* nullus, *Certain* quidam, *Autre* alius, *Plusieurs* plurimi, *Tout* omnis, *Tel* talis, *Même* ipse.

Quæ cùm *Substantivis* construuntur, & *Articulo Indefinito* inflectuntur, eorumque usus per exempla sequentia demonstrabitur.

Quelque, ut: *avez-vous quelque livre* habes-ne aliquem librum, *quelque chose* aliquam rem, *quelques beaux ouvrages* aliqua egregia opera?

Quelque sumitur aliquandò, non pro *aliquis*, sed pro *quantumvis*, *quantumcumque*, *qualiscumque*, & tunc ante *Adjectivum* cùm Verbo *Etre*, est Indeclinabile, & quasi Adverbium, ut: *quelque riches qu'ils soient*, quantumvis divites sint: Ante *Substantivum* declinatur, ut: *quelques perfections qu'il ait*, qualescumque perfectiones habeat.

Si autem, *quelque*, jungatur cum *Substantivo & Adjectivo*, vel cum *Adjectivo & Substantivo*, & illud *Substantivum* regatur à *Verbo Activo*, tunc, *quelque*, erit semper Declinabile, ut in exemplo jàm allato, *quelques perfections qu'il ait*, & in aliis, ut: *quelques grandes actions qu'il ait faites*, quantaslibet actiones ediderit, *quelques affaires importantes qu'il ait à expédier*, quantivis momenti negotia

tia expedienda habeat. Ita *D. Desmarais* in dict. Grammat. pag. 317. & seqq.

Dicitur etiam interdum *quelque*, pro *environ*, circiter, ut: *Ils étoient quelque cinquante hommes* erant circiter quinquaginta viri. Verum iste modus loquendi in sermone familiari tantum obtinet, & solummodò ante *Numeros Cardinales* sive *Absolutos*.

Quelconque, ut: *je ne vois raison quelconque en lui* nullam in eo video rationem.

Chaque, ut: *Chaque jour a son nom* quilibet dies habet nomen suum.

Et non usurpatur in *plurali numero*, nisi cum *Nominibus singulari* carentibus.

Aucun, ut: *je n'ai lû aucun Auteur, qui m'agrée tant, &c.* nullum legi Auctorem, qui mihi ita arrideat, &c.

Usurpatur semper *Negativè*; nec dicas, *aucuns vous chérissent*, sed, *quelques-uns*.

Nul, *nulle*, ut: *vous n'avez nulle occasion*, *nul sujet de vous plaindre* nullam habes occasionem querendi;

Usurpatur pro *Pas un*, *Point de*.

Certain, ut: *un certain Cavalier* quidam nobilis, *une certaine Dame* quædam matrona, *il y a des certaines gens* sunt nonnulli.

Autre, ut: *un autre homme* alius vir, *une autre femme* alia mulier, *je n'ai point d'au-*

d'autres livres, *d'autres pensées*, nullos alios habeo libros, alias cogitationes.

Plusieurs, ut: *plusieurs mois*, *plusieurs années* multi menses, anni.

Et est semper *plur. num.* & *utriusque generis*.

Force, pro *beaucoup*, nihil valet.

Tout, ut: *tout homme*, *toute femme*, quilibet vir, quælibet mulier, *Toute la terre* omnis terra.

Tout sumitur aliquandò pro *quamquam*, *licèt*, *quantumvis*, *omninò*; in quibus omnibus significationibus, *Tout* est Indeclinabile ante *Nomina masculina* sive *Singularis* sive *Plural. numeri*: declinatur autem ante *Nomina fœminina Numeri Pluralis* per *Consonantem* incipientia. Vide Reverendiss. Patrem *Buffier* in suâ Grammat. pag. 217. & seq.

Tel, *Telle*, ut: *j'aime un tel homme*, *une telle femme*, amo talem virum, talem fœminam: *c'est un livre tel quel*, est liber mediocris bonitatis: *Tel que vous soiez* qualiscumque sis: *Tel se plaint qui n'est point malade*, talis queritur qui non ægrotat.

Même, *mêmes*, ut: *je le ferai moi-même* ego ipse faciam: *ils le verront eux-mêmes*, ipsimet videbunt; *Le Prince même y étoit*, Princeps ipse intererat.

Con-

Conjunctum *Verbis* fit Conjunctio, seu Adverbium, ut: *& même il pleuroit* quin etiam flebat; sed tunc debet scribi, sine (*s*.)

Vide Cap. de Ordine *Subst.* & *Adject.*

Indefinita Absoluta.

Sunt *Quelqu'un* aliquis, *Chacun* quilibet, *Quiconque* quicunque, *Autrui* alter, *Personne* nemo, *Pas un* nullus.

Quelqu'un, ut: *quelq'uun vous demande* aliquis te petit: *voila de belles fleurs, en voulez-vous quelques-unes* en pulchros flores, cupis-ne habere aliquos.

Chacun, ut: *chacun cherche son profit* quilibet quærit suum commodum. *Chacun aime sa chacune* quilibet amat suam amasiam.

Quiconque, ut: *quiconque vous a dit cela a menti* quicunque tibi illud dixit mentitus est.

Autrui, ut: *je ne veux rien d'autrui* nihil volo ab alio.

Personne, ut: *personne n'est parfait* nemo est perfectus, *je ne connois personne, qui l'ose entreprendre* neminem novi, qui illud suscipere audeat.

In hac significatione caret *plurali numero*, & est semper *masc. gen.*

Pro *Persona* Latinorum, est *fœm. gen.* ut:

ut: *la personne que vous aimez, est arrivée*, illa persona quam diligis, venit.

Pas un, ut: *pas un d'eux ne viendra* nullus eorum veniet.

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

De Verbis.

VERBUM est Dictio quæ significat, *Esse*, *Agere*, vel *Pati*, cum circumstantiis *Temporum*, *Præsentis*, *Præteriti*, & *Futuri*.

Verbum est, vel { Activum, ut *j'aime* / Passivum, ut *je suis aimé*. }

Activum est, vel { *Transitivum*, cujus actio transit in subjectum externum, ab Agente distinctum; ut: *aimer Dieu* Deum amare. / *Neutrum*, quod denotat actionem sine motu exteriori animi, aut corporis, & nullum casum regit, ut: *dormir* dormire. }

Re-

Activum est, vel { Reflexivum, vel Reciprocum quod actionem suam reflectit in agentem ipsum; & ita unum & idem *agit* & *patitur*; id quod à Philosophis vocatur *actio immanens*, ut: *s'aimer*, *se fraper*, se amare, se percutere. }

Præterea duo sunt Verba, quæ *Auxiliaria* vocantur, quia nulla Verba conjugari possunt absque auxilio Verborum illorum: Scilicet *Avoir* habere, & *Etre* esse.

Horum igitur Conjugationem præmittemus.

Avoir in Temporibus Compositis *Sibi ipsi* inservit, ut & Verbo *Etre*, Verbisque *Transitivis*, & *quibusdam Neutris*.

Infinitivus.

Avoir *Habere.*

Participia.

aiant *habens* { *activum*
eu *habitus* { *passivum*
& pronuntiatur quasi scriptum esset (*u.*)

Indicativus.

Præsens.

Sing.	Plur.
j'ai	nous avons
tu as *habeo*	vous avez *habemus*
il a	ils ont, *uti* 'is ont.

Imperfectum.

j'avois, *uti* j'avais	nous avions
tu avois *habebam*	vous aviez *habebam[us]*
il avoit	ils avoient, *quasi* i avêt.

Perfectum simplex.

j'eus, *uti* j'ûs	nous eumes
tu eus *habui*	vous eutes *habuimus*
il eut	ils eurent.

Perfect. Compositum.

j'ai eu, *uti* û	nous avons eu
tu as eu *habui*	vous avez eu
il a eu	ils ont eu

Plusquam perfect.

j'avois / tu avois / il avoit } eu *habueram* { n. avions / v. aviez / ils avoient } e[u]

Futurum.

j'aurai	nous aurons
tu auras *habebo*	vous aurez
il aura	ils auront

5. *Imperativus.* 8.

. . . .	aïons
aïe *habe*	aïez *habeamus*
qu'il ait	qu'ils aïent.

Conjunctivus.

Præsens.

j'aïe	nous aïons
tu aïes *habeam*	vous aïez
il ait	ils aïent.

1. *Imperfectum Optativi.*

j'eusse	nous eussions
tu eusses *haberem*	vous eussiez
il eût	ils eussent

2. *Imperfectum Subjunctivi.*

j'aurois	nous aurions
tu aurois *haberem*	vous auriez
il auroit	ils auroient

Perfectum Conjunctivi.

j'aïe tu aïes il ait	eu *habuerim*	nous aïons vous aïez ils aïent	eu

Plus-

7. *Plusquam perfect. Optat.*

j'eusse tu eusses il eût	eu *habuissem*	nous eussions vous eussiez ils eussent	eu

7. *Plusquam perfect. Subjunct.*

j'aurois tu aurois il auroit	eu *habuissem*	nous aurions vous auriez ils auroient	eu

Futurum Conjunctivi.

j'aurai tu auras il aura	eu *habuero*	nous aurons vous aurez ils auront	eu

Infinitivus.

Præsens, & Imperfect. avoir, *habere*
Perfect. & Plusq. perf. avoir eu, *habuisse*

Participia.

Præsens, & Imperf. aïant, *habens*
Perfect. & plusq. perf. aïant eu, *cum habuerim, vel habuissem.*
Passivum, eu *habitus*, euë *habita.*

Gerundia.

d'avoir *habendi*
en aïant *habendo*
pour avoir *ad habendum*

Etre,

Etre, *esse.*

Inservit *Verbis Passivis*, in omnibus Temporibus, & Modis: Inservit etiam *Reciprocis*, ac *Neutris plerisque*, in Temporibus Compositis.

Infinitivus.

Etre.

Participia.

étant, *essens*, vel *existens* } *Activum*
été, *qui fuit* } *Passivum*

Indicativus.

Præsens.

Sing.	Plur.
je suis aimé	nous sommes
tu es *sum*	vous étes *sumus*
il est	ils sont

Imperfectum.

j'étois	nous étions
tu étois *eram*	vous étiez *eramus*
il étoit	ils étoient

Perfectum simplex.

je fus	nous fumes
tu fus *fui*	vous futes *fuimus*
il fut	ils furent

Perfectum Compositum.

j'ai tu as il a	été *fui*	nous avons vous avez ils ont	été *fuimus*

Plusquam perfectum.

j'avois tu avois il avoit	été *fueram*	n. avions v. aviez ils avoient	été

Futurum.

je serai	nous serons
tu seras *ero*	vous serez *erimus*
il sera	ils seront

Imperativus.

. . . .	soïons *simus*
sois *esto*	soïez
qu'il soit	qu'ils soient

Soit & soient *pronuntiantur quasi scripta essent* sait; *id quod fit etiam in tertiâ, tam Sing. quam Plur. numeri Præsentis Conjunctivi.*

Conjunctivus.

Præsens.

je sois	nous soïons
tu sois *sim*	vous soïez
il soit	ils soient

Im-

1. *Imperfectum Optativi.*

je fusse		nous fussions
tu fusses	*essem*	vous fussiez
il fût		ils fussent

2. *Imperfectum Subjunctivi.*

je serois		nous serions
tu serois	*essem*	vous seriez
il seroit		ils seroient

Perfectum Conjunctivi.

j'aïe		nous aïons	
tu aïes	été *fuerim*	vous aïez	été
il áit		ils aïent	

1. *Plusquam perfect. Optat.*

j'eusse		n. eussions	
tu eusses	été *fuissem*	v. eussiez	été
il eût		ils eussent	

2. *Plusquam perfect. Subjunct.*

j'aurois		n. aurions	
tu aurois	été *fuissem*	v. auriez	été
il auroit		ils auroient.	

Futurum Conjunct.

j'aurai		nous aurons	
tu auras	été *fuero*	vous aurez	été
il aura		ils auront.	

Infinitivus.

Præsens, & Imperf. étre, *esse.*
Perfect. & plusq. avoir été, *fuisse.*

Participia.

Præsens, & Imperf. étant, *existens*
Perfect. & plusq. aïant été, *cum fuerim*, vel *fuissem.*
Passivum, été, *qui, quæ fuit.*

Gerundia.

d'étre { *existendi*
en étant { *existendo*
pour étre { *ad existendum*

Hoc Verbum diversimodè capitur.

1. Cum Pronomine personali *il*, in tertiâ *personâ*, dum *Existentiam Localem*, vel *Qualitatem* cujuslibet subjecti denotat, ut: *Pierre est sage, il est prudent, il est à la Haie*, Petrus doctus est, prudens est, &c.

Il est Impersonale.

2. Impersonaliter adhibetur cum *Adjectivis*, cum *Tempore*, & cum *Infinitivo*, additâ particulâ *de*, ut & cum quibusdam *Adverbiis*, & *Infinitivis*, ad designandam Rationem vel Occasionem aliquid faciendi, ut:

Il

Il est doux d'aimer, dulce est amare.

Il est tems d'aller, tempus est eundi, *il est six heures*, sexta dedit.

Il est juste de faire voir, æquum est ostendere, *il est fâcheux d'attendre*, exspectare tædiosum est.

Il est à propos de prendre ses précautions, expedit cavere.

Il est à remarquer, *à craindre*, observandum est, timendum est.

Adhibetur etiam in pluribus Casibus pro *il y a*, ut: *il est des occasions qui &c.* dantur occasiones quæ &c.

Vide ea quæ mox dicemus ad Impersonale *il y a*, & adde ea quæ observabimus in Cap. 16. sub. litt. N. de differentiâ inter *il n'est*, & *il n'y a*.

Conjugationem hujus *Impersonalis* vide infrà Cap. 7. in principio.

Ce.

3. Cum *Pronomine Demonstrativo*, in tertiâ personâ, tam singularis, quam pluralis numeri, sequente *Articulo Unitatis*, *Nominibus Substantivis*, *Pronominibus*, & *Præpositionibus*, ut: *C'est un généreux Capitaine* est generosus Dux.

Ce sont de braves soldats sunt egregii milites.

C'est André est Andreas. *C'est l'homme*

du monde que j'aime le plus, ille est quem maximè amo in mundo.

C'est pour moi, *c'est contre lui*, hoc pro me est, hoc adversus illum est.

C'est lui, *ce sont eux*, ipse est, ipsi sunt.

C'est nous, *c'est vous*, sumus, estis.

Ce sont les miens, mei sunt.

In *Imperfectis* melius videtur multis, uti tertiâ personâ singularis, quam pluralis, dicendo *si c'étoit eux*; *C'etoit dix heures qui sonnoient*.

Plura de hoc *Pronomine*, *Ce*, cum Verbo *Etre*, vide observata apud Reverend. Patrem *Buffierin* suâ Grammat. pag. 310. & seq.

Il y a.

4. Loco Verbi *Etre*, usurpatur interdum Impersonale Verbum *Il y a*, id est, *est*, vel *sunt*, in omnibus Temporibus & Modis. Hoc fit quotiescumque designare volumus *Spatium Temporis*, *en Loci*, item *Numerum aliquem*, sive *certum*, sive *incertum*: modò eum non indigitemus, seu demonstremus, ut; *il y a long tems que je suis ici*, jam dudum hîc fui.

Il y a environ trois lieuës d'ici à la Haie. Haga distat hinc circiter tribus milliaribus.

Il y a un Dieu au Ciel Créateur de l'Univers, Deus est in Cælo Creator totius orbis.

Il

Il y a plus de bêtes dans la Mer, que sur la Terre, plures reperiuntur bestiæ in Oceano, quam super Terram.

Il y a, usurpatur aliquandò pro *il est*, ut diximus pag. 125. ut: *il y a des occasions qui*, dantur occasiones quæ, *il y a à craindre, à espérer*, timendum est, sperandum est.

Il y a, cum *Negatione* adhibitum, sumitur etiam aliquando pro, *il n'est*, prout videre est infra Cap. 16. sub litt. N.

Conjugationem hujus *Impersonalis, il y a*, reperies infra Cap. 7. statim in principio.

Il fait.

5. Pro Verbo *Etre*, sumitur Verbum Impersonale *Il fait*, ad exprimendam Constitutionem *Loci*, aut *Temporis*, ut; *Il fait clair dans cette chambre*, in hoc cubiculo clarum est.

Il fait ici plus nêt qu'à Paris, Plateæ hîc mundiores sunt quam Parisiis.

Il a fait chaud æstuavit, *il fera froid* hyemabit.

Il vaut mieux.

6. Melius dicitur, utendo Verbo *Valoir*, loco Verbi *Etre, Il vaut mieux* præstat, vel est satius.

Il vaut mieux se taire, que de parler mal præstat tacere, quam malè loqui.

MONITUM.

Circa Imperfecta & Plusquam perfecta Optativi & Subjunctivi.

Observandum est, hic placuisse in duobus Verbis Auxiliaribus, & in omnibus aliis sequentibus, distinguere *Imperfecta*, & *Plusquam perfecta* Conjunctivi Modi, per nomina *Subjunctivi* & *Optativi*, non per hæc, *Primum* & *Secundum*, pro communi aliorum Grammaticorum more. Hoc fuit eo consilio ut vitaretur confusio quæ ex illorum Temporum variâ collocatione in unâ-quâque Grammaticâ oritur: In unâ enim Grammaticâ illud ipsum Tempus, quod scribitur *Primum*, invenitur *Secundum* in alterâ. Visum est ergo commodius fore, si illud *Imperfectum*, quod formatur *à Perfecto simplici*, nominaretur *Imperfectum Optativi*; illud autem *Imperfectum*, quod formatur *à Futuro Indicativi*, diceretur *Imperfectum Subjunctivi*. Idem dic de *Plusquam perfectis*, quæ componuntur ex *Imperfectis*. Apparebit etiam, ex iis quæ de Usu illorum Temporum, infra (scilicet Cap: 8. & 9.) dicentur, quam commodiùs eorum usus intelligatur per hæc nomina *Subjunctivi*, & *Optativi*.

CAP. II.

CAP. II.

De Quatuor Conjugationibus Regularibus.

FORMATIO *Modorum* & *Temporum* præcipuè dependet ab *Infinitivo*, & ejus *Participiis*: Itaque præsuppositâ illorùm cognitione, haud difficilè in cæterorum, tum *Temporum*, tum *Modorum*, notitiam venire poterimus.

Infinitivi terminatio *Quadruplex* est.

Prima conjugatio definit in (*er.*)
Secunda in (*ir.*)
Tertia in (*oir.*)
Quarta in (*re.*)

Participia duo sunt.

Præsens exit in (*ant*) & est *Activum.*

Alterum terminatur juxtà Conjugationum differentiam, & est *Passivum*, seu *commune*.

Prima Conjugatio definit in (*er*) quæ vulgò instar (*e*) pronuntiatur ante dictionem a *Consonanti* incipientem, ut & etiam sæpissimè ante *Vocalem*.

Infinitivus.

Chanter. *Canere:*

Participia.

chantant	*canens*	}	activum
chanté	*cantatus*	}	commune.

Indicativus.

Præsens.

Sing.	*Plur.*
je chante	nous chantons
tu chantes *cano*	vous chantez
il chante.	ils chantent.

Imperfectum.

Formatur à *prima plurali Præsentis*, mutato (*ons*) in (*ois*.)

je chantois	nous chantions
tu chantois *canebam*	vous chantiez
il chantoit	ils chantoient.

Perfectum Simplex.

Formatur ab *Infinitivo*, mutando *er* in *ai*

je chantai	nous chantâmes
tu chantas *cecini*	vous chantâtes
il chanta:	ils chantérent.

Perfectum Compositum.

Formatur à *Præsenti Auxiliaris Avoir*, & *Participio communi*.

j'ai

j'ai chanté	nous avons chanté
tu as chanté *cecini*	vous avez chanté
il a chanté.	ils ont chanté.

Plusquam Perfectum.

Componitur ab *Imperfecto* ejusdem Auxiliaris, & *Participio communi.*

j'avois chanté.	n. avions chanté
tu avois chanté *cecineram*	v. aviez chanté
il avoit chanté	ils avoient chanté

Futurum.

Formatur ab *Infinitivo*, addendo (ai)

je chanterai	nous chanterons
tu chanteras *canam*	vous chanterez
il chantera.	ils chanteront.

Imperativus.

Veluti *Secunda Persona Præsent. Indic.*

. . . . . .	chantons
chante *cane*	chantez *canamus*
qu'il chante.	qu'ils chantent.

Conjunct. Præsens

Singularis est similis *tertiæ personæ Singularis Imperativi*; sed *prima*, & *secunda pluralis* exeunt in (*ions*) & (*iez*) & *tertia in* (*ent*)

je chante	nous chantions
tu chantes *canam*	vous chantiez
il chante	ils chantent.

1. *Imperfectum Optativi.*

Formatur à *secundâ personâ Perfecti Simplicis*, addito (*se.*)

je chantasse	nous chantassions
tu chantasses *canerem*	vous chantassiez
il chantât	ils chantassent.

2. *Imperfectum Subjunct.*

Formatur à *Futuro Indicativi*, mutando (*rai*) in *rois*.

je chanterois	nous chanterions
tu chanterois *canerem*	vous chanteriez
il chanteroit	ils chanteroient.

Perfectum Conjunctivi.

j'aïe chanté	nous aïons chanté
tu aïes chanté *cecinerim*	vous aïez chanté
il ait chanté	ils aïent chanté.

1. *Plusquam perfectum Optativi.*

j'eusse chanté	n. eussions chanté
tu eusses chanté *cecinissem*	v. eussiez chanté
il eût chanté	ils eussent chanté.

2. *Plusquam perfectum Subjunct.*

j'aurois chanté	n. aurions chanté
tu aurois chanté *cecinissem*	v. auriez chanté
il auroit chanté	ils auroient chanté.

Fu-

Futurum Conjunctivi.

j'aurai chanté	n. aurons chanté
tu auras chanté *cecinero*	v. aurez chanté
il aura chanté	ils auront chanté.

Infinitivus.

Præsens, & Imperf. chanter *canere*
Perf. & plusq. perf. avoir chanté *cecinisse.*

Participia.

Præsens & Imperf. chantant *canens.*
Perf. & plusq. perf. aïant chanté *cum cecinerim, vel cecinissem.*

Participium Passivum, seu Commune.
chanté *cantatus.* chantée *cantata*

Gerundia.

de chanter	*canendi*
en chantant	*canendo*
pour chanter	*ad canendum.*

Secunda Conjugatio desinit in (*ir.*)

Infinitivus.

Bâtir *ædificare.*

Participia.

Bâtissant	*ædificans*	*activum*
Bâti	*ædificatus*	*commune*

Indicativus.

Præsens.

Formatur ab *Infinit.* mutato (*r*) in (*s.*)

Sing.	*Plur.*
je bâtis	nous bâtissons
tu bâtis *ædifico*	vous bâtissez
il bâtit	ils bâtissent.

Imperfectum.

Formatur à *Primâ Pluralis Præsentis*, mutato (*ons*) in (*ois.*)

je bâtissois	nous bâtissions
tu bâtissois *ædificabam*	vous bâtissiez
il bâtissoit	ils bâtissoient.

Perfectum simplex.

Formatur ab *Infinitivo*, mutato (*ir*) in (*is.*)

je bâtis	nous bâtimes
tu bâtis *ædificavi*	vous bâtites
il bâtit	ils bâtirent.

Perfectum Compositum.

j'ai bâti	nous avons bâti
tu as bâti *ædificavi*	vous avez bâti
il à bâti	ils ont bâti.

Plus-

Plusquam perfectum.

j'avois bâti		n. avions bâti
tu avois bâti	*ædificaveram*	v. aviez bâti
il avoit bâti		ils avoient bâti.

Futurum.

Formatur ab *Infinitivo*, addendo (*ai.*)

je bâtirai		nous bâtirons
tu bâtiras	*ædificabo*	vous bâtirez
il bâtira		ils bâtiront.

Imperativus.

Veluti *Secundâ Persona Præsentis Indicativi.*

. . . .		bâtissons
bâtis	*ædifica*	bâtissez *ædificemus*
qu'il bâtisse		qu'ils bâtissent.

Conjunct. Præs.

Formatur à *tertiâ personâ singularis Imperat.*: Pluralis verò mutat (*e*) in (*ions*) (*iez*) (*ent*)

je bâtisse		nous bâtissions
tu bâtisses	*ædificem*	vous bâtissiez
il bâtisse		ils bâtissent.

Imperfectum Optat.

Formatur à *secundâ personâ Perfecti Simplicis*, addito (*se.*)

je bâtisse		nous bâtissions
tu bâtisses	*ædificarem*	vous bâtissiez
il bâtît		ils bâtissent.

In *Imperfecto Optativi* Verborum secundæ Conjugationis, oportet producere penultimam Syllabam, ut Tempus illud distinguatur à *Præsenti* Conjunctivi.

Imperfectum Subjunct.

Formatur à *Futuro Indicativi*, mutando (*rai*) in (*rois.*)

je bâtirois		n. bâtirions
tu bâtirois	*ædificarem*	v. bâtiriez
il bâtiroit		ils batiroient.

Perfectum Conjunct.

j'aïe bati		n. aïons bâti.
tu aïes bati	*ædificaverim*	v. aïez, &c.
il ait bati		ils aïent

Plusquam perfect. Optat.

j'eusse bâti		n. eussions bâti
tu eusses bâti	*ædificassem.*	v. eussiez, &c.
il eût bâti		ils eussent

Plusquam perfect. Subjunct.

j'aurois bâti		n. aurions bâti
tu aurois bâti	*ædificassem*	v. auriez, &c.
il auroit bâti		ils auroient

Futurum Conjunct.

j'aurai bâti.		n. aurons bâti
tu auras bâti	*ædificavero*	v. aurez, &c.
il aura bâti		ils auront.

In-

Infinitivus.

Præsens, & Imperf. bâtir *ædificare*
Perfect. & plusq. perf. avoir bâti *ædificavisse*,

Participia.

Præsens, &c. bâtissant *ædificans*
Perfect. &c. aïant bâti *cum ædificaverim*, vel *ædificavissem*.

Participium, Passivum, seu Commune.

bâti *ædificatus.* batië *ædificata.*

Gerundia.

de bâtir *ædificandi*
en bâtissant *ædificando*
pour bâtir *ad ædificandum.*

Tertia Conjugatio desinit in (*oiri*)

Infinitivus.

Devoir. *Debere.*

Participia.

Devant	*debens*	}	*activum*
dû	*debitus*	}	*commune.*

Indicativus.

Præsens.

Formatur ab *Infinitivo* mutato (*evoir*) in (*ois.*) *Sing.*

Sing.		*Plur.*
je dois		nous devons
tu dois	*debeo*	vous devez
il doit		ils doivent.

Imperfectum.

Formatur à *Primâ pluralis Præsentis* mutato (*ons*) in (*ois.*)

je devois		nous devions
tu devois	*debebam*	vous deviez
il devoit.		ils devoient.

Perfectum simplex.

je dûs		nous dûmes
tu dûs	*debui*	vous dûtes
il dût		ils dûrent.

Perfectum Compositum.

j'ai dû		nous avons dû
tu as dû	*debui*	vous avez dû
il a dû		ils ont dû.

Plusquam Perfectum.

j'avois dû		nous avions dû
tu avois dû	*dedberam*	vous aviez dû
il avoit dû		ils avoient dû.

Futurum.

Formatur ab *Infinitivo* mutato (*oir*) in (*rai.*)

je

je devrai		nous devrons
tu devras	*debebo*	vous devrez
il devra		ils devront.

Imperativus.

Veluti *Secunda persona Præsentis Indicativi.*

. . . . .		devons
dois	*debe*	devez *debeamus.*
qu'il doive		qu'ils doivent.

Conjunct. Præs.

Singularis est similis *Imperativo* in tertiâ personâ; Pluralis verò mutat (*e.*) in (*ions*) (*iez*) (*ent.*)

je doive		nous devions
tu doive	*debeam*	vous deviez
il doive		ils doivent.

Imperfectum Optat.

Formatur à *Secundâ Personâ Perfecti simplicis*, addito (*se.*)

je dûsse		nous dûssions
tu dûsses	*deberem*	vous dûssiez.
il dût		ils dûssent.

Imperfectum Subjunct.

Formatur à *Futuro Indicativi*, mutandò (*rai*) in (*rois.*)

je devrois		nous devrions
tu devrois	*deberem.*	vous devriez
il devroit		ils devroient.

Per-

Perfectum Conjunct.

j'aïe dû		nous aïons dû
tu aïes dû	*debuerim*	vous aïez dû
il ait dû		ils aïent dû.

Plusquam perfect. Optat.

j'eusse dû		nous eussions dû
tu eusses dû	*debuissem*	vous eussiez dû
il eût dû		ils eussent dû.

Plusquam perfect. Subjunct.

j'aurois dû		nous aurions dû
tu aurois dû	*debuissem*	vous auriez dû
il auroit dû		ils auroient dû.

Futurum Conjunct.

j'aurai dû		nous aurons dû
tu auras dû	*debuero*	vous aurez dû
il aura dû		ils auront dû.

Infinitivus.

Præsens, & Imperf. devoir *debere*
Perfectum &c. avoir dû *debuisse.*

Participia.

Præsens & Imperf. devant *debens*
Perfectum &c. aïant dû *cum debuerim, vel debuissem.*

Participium Passivum, seu Commune.

dû *debitus* dûe *debita.*

Gerundia.

de devoir *debendi*
en devant *debendo*
pour devoir *ad debendum.*

Quarta Conjugatio desinit in (*re.*)

Infinitivus.

Vendre *vendere.*

Participia.

vendant *vendens* { *activum*
vendu *venditus* { *commune.*

Indicativus.

Præsens.

Formatur ab *Infinitivo*, mutato (*re*) in (*s.*)

Siug		Plur.
je vends		nous vendons
tu vends	*vendo*	vous vendez
il vend		ils vendent.

Imperfectum.

Formatur à *primâ plurali Præsentis*, mutato (*ons*) in (*ois.*)

je vendois		nous vendions
tu vendois	*vendebam*	vous vendiez
il vendoit		ils vendoient.

Perfectum Simplex.

Formatur ab *Infinitivo*, mutato (*re*) in [*is.*]

je vendis		nous vendîmes
tu vendis	*vendidi*	vous vendites
il vendit		ils vendirent.

Perfectum Compositum.

j'ai vendu		nous avons vendu
tu as vendu	*vendidi*	vous avez vendu
il a vendu		ils ont vendu.

Plusquam perfect.

j'avois vendu		n. avions vendu
tu avois vendu	*vendideram*	v. aviez vendu
il avoit vendu		ils avoient vendu

Futurum.

Formatur ab *Infinit*, mutando [*re*] in [*rai.*]

je vendrai		nous vendrons
tu vendras	*vendam*	vous vendrez
il vendra		ils vendront.

Imperativus.

Veluti *Secunda Persona Præsentis Indicat.*

. . . . . .		vendons
vends	*vende*	vendez *vendamus*
qu'il vende		qu'ils vendent.

Coni

Conjunct. Præsens.

Singularis est similis *Imperativo* in tertiâ personâ: Pluralis verò mutat (*e*) in (*ions*) (*iez*) (*ent*)

je vende	nous vendions
tu vendes *vendam*	vous vendiez
il vende	ils vendent.

Imperfectum Optat.

Formatur à *secundâ Personâ Perfecti Simplicis*, addito (*se.*)

je vendisse	n. vendissions
tu vendisses *venderem*	v. vendissiez
il vendît	ils vendissent.

Imperfectum Subjunct.

Formatur a *Futuro Indicativi*, mutando (*rai*) in (*rois.*)

je vendrois	nous vendrions
tu vendrois *venderem*	vous vendriez
il vendroit	ils vendroient.

Perfectum Conjunctivi.

j'aïe vendu	n. aïons vendu
tu aïes vendu *vendiderim*	v. aïez, &c.
il ait vendu	ils aïent.

Pluſquam perfect. Optativi.

j'euſſe vendu	n. euſſions vendu
tu euſſes vendu *vendidiſſem*	v. euſſiez, &c.
il eût vendu	ils euſſent.

Pluſquam perfect. Subjunct.

j'aurois vendu	n. aurions vendu
tu aurois vendu *vendidiſſem*	v. auriez, &c.
il auroit vendu	ils auroient.

Futurum Conjunctivi.

j'aurai vendu	n. aurons vendu
tu auras vendu *vendidero*	v. aurez, &c.
il aura vendu	ils auront.

Infinitivus.

Præſens, & Imperf. vendre *vendere*
Perfect. &c. avoir vendu *vendidiſſe.*

Participia.

Præſens, & Imperfect. vendant *vendens*
Perfectum, &c. aïant vendu *cum vendiderim, vel vendidiſſem.*

Participium Paſſivum, ſeu Commune.

vendu *venditus*, venduë *vendita.*

Gerundia.

de vendre *vendendi*
en vendant *vendendo*
pour vendre *ad vendendum*

Observationes Generales in Verba tam Regularia quàm Irregularia, circà Temporum Formationes.

1.

Participium primum desinit in [*ant*] ut dictum supra, & *Prima Persona Pluralis Præsentis Indicativi* ab eo formatur mutando, *ant*, in *ons*, & ab hâc *Imperfectum*, mutato, *ons*, in *ois*, ut:

Chantant, nous Chantons, je Chantois
Bâtissant, nous Bâtissons, je Bâtissois.

Excipiuntur ambo *Verba Auxiliaria*, quæ faciunt.

Aiant, nous Avons, j'Avois.
Etant, nous Sommes, j'Etois.

2.

A primâ vel secundâ Personâ *Perfecti Simplicis* fit *Imperfectum Optativi*, duplicando [*s*] & addendo [*e*] ut:

tu Chantas, je Chantasse.
je Bâtis, je Bâtisse.

3.

A *Futuro* Indicativi formatur *Imperfectum Subjunctivi*, mutando [*rai*] in (*rois*), ut:

je Chanterai, je Chanterois.
je Bâtirai, je Bâtirois.

4.

Imperativus formatur à *Præsenti Indicativi*, incipiendo à *Secundâ personâ Singularis*, rejiciendo *Pronomina*, & faciendo *tertiam Singularis* similem *tertiæ personæ pluralis* ejusdem *Præsentis Indicativi*.

Utrum autem *Secunda Persona Singularis Imperativi* debeat litteram [*s*] rejicere, an verò eam admittere queat, vide D. D. Regnier *Desmarais* in suâ Grammat. pag. 369. & seq. junge Reverend. Jesuit. *Buffier* in suâ Grammat. pag. 233. & seq.

5.

Præsens Conjunctivi in *Singulari* Numero est simile *tertiæ personæ Singularis Imperativi*: in *Plurali* autem addimus [*i*] in *primâ* & *secundâ* personâ, antè [*ons*] [*ez*,] ut:

Qu'il Chante, je Chante. n. Chantions
Qu'il Bâtisse, je Bâtisse. n. Bâtissions

6.

Sequuntur *Tempora* quæ *Composita* vocantur, quia à *Verbo Auxiliari Avoir*, vel *Etre*, componuntur, ut:

In Verbo *Avoir*

Præs. Ind.	*J'ai*	*Chanté*
Imperf.	*J'avois*	*Bâti*
Præs. Conjunct.	*J'aie*	*Dû*
Imperf. Optat.	*J'eusse*	*Vendu.*

Im-

Imperf. Subjunct.	*J'aurois*	}	*Chanté*
Futur. Indic.	*J'aurai*		*Bâti*
Præs. Infin.	*Avoir*	{	*Dû*
Partic.	*Aïant*		*Vendu.*

In Verbo *Etre.*

Præs. Indic.	*Je suis*	}	
Imperf.	*J'étois*		
Præs. Conjunct.	*Je sois*		*arrivé*
Imperf. Optat.	*Je fusse*		*descendu*
Imperf. Subjunct.	*Je serois*		*parti*
Futur. Indic.	*Je serai*		*retourné*
Præsens Infin.	*Etre*	{	
Particip.	*Etant*		

Cap. III.

De Verbis Passivis.

GALLI, propriè loquendo, non habent *Verba Passiva*; sed illa circumscribunt per *Verbum Substantivum*, *je Suis*.

Addendo enim singulis *Modis*, *Temporibus*, & *Personis* Verbi, *je Suis*, *Participium Passivum*, *seu Commune* cujuslibet Verbi, habes Conjugationem *Passivam*, ut:

je suis	aimé, nous sommes	}	aimés
tu es	*amor* vous étes		*amamur*
il, elle, est	aimée, ils, elles, sont		aimées

Et ita in omnibus *Temporibus*, & *Modis*.

Cap. IV.

De Verbis Reciprocis.

Reciproca, seù *Reflexiva Verba* in hoc differunt ab *Activis*, quod assumant bis ante se idem Pronomen; nempe primò in *Nominativo*, & secundò in *Dativo*, vel *Accusativo casu*, & in Temporibus Compositis utantur Auxiliari Verbo *Je suis*, ut:

je me réjouïs		n. nous réjouïssons
tu te réjouïs	*delector*	v. vous réjouïssez
il se réjouït		ils se réjouïssent.

Imperfectum.

je me réjouïssois, *delectabar*

Perfectum simplex.

je me réjouïs, *delectatus sum*

Perfectum Conpositum.

je me suis réjouï, *delectatus sum*

Plusquam Perfectum.

je m'étois réjouï, *delectatus eram*

Futurum.

je me réjouïrai, *delectabor.*

Im-

Imperativus.

. . . . . .		Réjouïssons nous
Réjouïs toi	*delectare*	Réjouïssez vous
qu'il se réjouïsse		qu'ils se réjouissent

Conjunctivus.

Præsens	je me réjouïsse
Imperf. Opt.	je me réjouïsse
Imperf. Subj.	je me réjouïrois
Perfect. Conjunct.	je me sois réjouï
Plusq. Perf. Opt.	je me fusse réjouï
Plusq. Perf. Subj.	je me serois réjouï.
Futurum Conj.	je me serai réjouï
Infinitiv.	se réjouïr
Perfect.	s'être réjouï
Particip. act.	se réjouïssant
Præt. Particip.	s'étant réjouï, &c.

Nota 1: omnia *Verba Activa* posse fieri *Reciproca*, geminando *Pronomina Personalia* ejusdem Personæ.

2. Dari quædam Verba quæ semper sunt *Reciproca*, & illa cognosci posse ex *Pronomine Personali* (*se*) antè *Infinitivum*, ut: *se repentir* pœnitere, *s'abstenir* abstinere.

His utimur sæpè loco *Verborum Passivorum*, & maximè dum de *Rebus Inanimatis* est quæstio, ut:

Cela se fait rarement, illud fit raro.

CAP. V.

De Verbis Neutris.

QUÆDAM utuntur Verbo Auxiliari *Avoir*, quædam Verbo *Etre*.

Illa quæ conjugantur cum *Verbo Auxiliari Avoir* possunt dici *Neutra Activa*.

Illa autem quæ cum *Verbo Etre*, *Neutra Passiva*; id quod maximè observari potest in *Illis Verbis* quæ utrumque *Verbum Auxiliare* admittere solent.

Hæc volunt *Avoir*.	Sequentia *Etre*.
Combattre, *pugnare*	aborder, *appellere*.
convenir, *convenire*	accoucher, *parturire*.
crier, *clamare*	aler, *ire*
déjeuner, *jentaculare*	arriver, *advenire*.
dîner, *prandere*	choir, *cadere*.
dormir, *dormire*	croître, *crescere*
éclater, *lucere*	déchoir, *decidere*
fuïr, *fugere*	descendre, *descendere*.
jouër, *ludere*	devenir, *evadere*, *fieri*.
mentir, *mentiri*	échoir, *affluere*
pancher, *inclinare*	monter, *ascendere*.
paroître, *apparere*.	mourir, *mori*.
pouvoir, *posse*	naître, *nasci*
présider, *præsidere*.	partir, *discedere*
profiter, *proficere*.	parvenir, *pervenire*.

ré-

regner, *regnare*
rire, *ridere*
saigner, *sanguinem emittere*
souper, *cœnare*
trainer, *diu durare*, vel *protrahere*
trembler, *tremere*
valoir, *valere*
vivre, *vivere*
vieillir, *senescere*
retourner, *reverti*
sortir, *egredi*
venir, *venire*
revenir, *reverti*

Sequentia indifferenter utuntur *Avoir*, vel *Etre*.

courir, *currere*
crever, *disrumpi*
demeurer, *manere*
empirer, *deteriorare*
entrer, *intrare*
muër, *mutare*
passer, *transire*
reculer, *recedere*
tomber, *cadere*.

Observa, quod si hæc verba *Neutra* fiant *Transitiva*, quod accidit si casum post se exigant, Verbum Auxiliare *Avoir* postulant, ut patet in Verbo *Monter*, *J'ai monté les degrés*, *la montagne*, ascendi gradus, montem.

Aborder quelqu'un aliquem adire, vel alloqui, *je l'ai abordé* eum allocutus sum.

CAP. VI.

De Impersonalibus.

IMPERSONALIA sunt *Activa & Passiva* significationis.

Activa, admittunt particulam *Il*, ut: *Il faut* oportet, *il neige* ningit.

Passiva verò, utuntur particulâ *On*, aut *l'On*, ut: *on dit* dicitur, *l'on chante* canitur.

On, & *l'on*, idem significant, nempe *Aliquis*, vel *Homo* Latinorum, & men Belgarum.

Hoc tamen discrimen inter se constituunt, quod *On* ubique locum habeat, nisi quando (*si*) immediatè præcedit; tunc enim utendum est *l'on*, & non *on*.

L'on verò præponitur Dictionibus, quæ non incipiunt per (*L*,) & hoc asperitatis vitandæ gratia, ut: *je ne sais si l'on me fera cette faveur*, dubito an mihi illa gratia fiet.

On louë, *on lit*, laudatur, legitur.

Dic potiùs, *je ne sais si on lui fera cette faveur*, quàm *si l'on lui*, *&c.* quia (*si on*) minus offendit aurem, quam (*si l'on lui.*)

Hoc tamen ulterius observandum, quòd ea quæ diximus circà differentiam

Usus

Usus inter *on*, & *l'on*, vix nunc à pluribus admittantur, qui in omnibus suprà dictis *Casibus* præferunt *on*. Ita docet D. *Desmarais* in dictâ Grammat. pag. 246.

Nota.

Quædam verba *Neutra*, & *Passiva*, elegantissimè Impersonali quodam modo sumuntur, ita ut *Tertia Singularis* cum *Plurali* ponatur, ut: *Il viendra plusieurs soldats en cette Ville*, plurimi milites in hanc urbem venturi sunt.

Sic: *Il croît des herbes dans ce jardin*, in isto horto crescunt herbæ.

Plura de *Verbis Impersonalibus* vide suprà, pag. 125. 126. & infrà *Cap.* 15. *Regula* I. *not.* 2.

Cap. VII.

De Verbis Irregularibus.

Verbum Impersonale, *Il y a*; cum sit æquè magni usus, ac difficilis, Capiti *Irregularium* apponere volui.

Illius usus videri potest pag. 126.

Indicativus.

Præsens il y a *est*, *vel sunt*

Imperfect.	il y avoit *erat, vel erant*
Perf. simplex	il y eut *fuit, vel fuerunt.*
Perf. comp.	il y a eu *fuit, vel fuerunt*
Plusq. perf.	il y avoit eu *fuerat, vel fuerant*
Futurum.	il y aura *erit, vel erunt.*

Imperativus.

Qu'il y ait,	*sit, vel sint*

Conjunctivus.

Præsens	il y ait *sit, vel sint*
Imperfect. Opt.	il y eût *esset, vel essent*
Imperfect. Subj.	il y auroit *esset, vel essent*
Perfect. Conjunct.	il y ait eu *fuerit, vel fuerint*
Plusq. Perf. Opt.	il y eût eu *fuisset, vel fuissent*
Plusq. Perf. Subj.	il y auroit eu *fuisset, vel fuissent*
Futurum Conjunct.	il y aura eu *fuerit, vel fuerint.*

Infinitivus.

y avoir *esse*
y avoir eu *fuisse*
y aïant *cum esset, vel essent:*
y aïant eu *cum fuisset, vel fuissent*

Vers

Verbum Impersonale *Il est*.

Hujus Verbi Usum exposuimus etiam suprà pag. 124.

Ejus *Conjugationem* hic omittimus, cum ea sit facilis, & sequatur omninò eundem *inflectendi modum*, quem jam in Verbo *Il y a* habuimus; hoc solummodo excepto, quòd non recipiat particulam (y.)

Transimus ergo ad alia *Verba Irregularia*: sed antequam ad ea accedamus, observa *Monitum Sequens*.

MONITUM.

Circà *Verba Irregularia*.

In illis omnibus sequentibus *Irregularibus Verbis*, brevitatis causâ, atque etiam Memoriam juvandi gratiâ, proponemus tantummodò *Tempora* quæ sunt Irregularia: Cætera petenda erunt ex Conjugatione *Verborum Regularium*, vel formanda juxtà *Regulas Generales Formationum*, quas habuimus pag. 145. & seq.

Conjugatio I.

Aler, *Ire:* Alant, Alé.

Indicativus.

Præsens.

Sing.		*Plur.*	
je vais		nous alons	
tu vas	*eo*	vous alez	*imus.*
il va		ils vont.	

Perfect. Compositum.

Sing.		*Plur.*	
je suis		nous sommes	
tu es	alé *ivi*	vous étes	alés
il est		ils sont	

Futurum.

j'irai		nous irons	
tu iras	*ibo*	vous irez	*ibimus.*
il ira.		ils iront.	

Imperativus.

. . . . . .		alons	
vas	*ito tu*	alez	*eamus.*
qu'il aille	*ito ille*	qu'ils aillent.	

Utimur hoc Verbo *Aler* ad signifi can

eandum transitum *de loco* ad *locum*, & sit semper *locum* adjunctum requirit, ut: *je vais au temple*, eo ad templum, *il ira chez vous*, ibit ad te, *allez querir* ito quæsitum.

Hoc Verbum eleganter reciprocatur cum particulâ, *En*; hoc modo:

je m'en vais	nous nous en alons
tu t'en vas, *abeo*	vous vous en alez
il s'en va	ils s'en vont

Et tunc potest usurpari sine *loco*, & inservit ad designandum tantummodo *Discessum*, vel *Exitum* è loco ubi sumus, ut: *je m'en vais, je reviendrai bien tôt*, abeo, mox rediturus sum, *allez vous en, vous nous chagrinez*, abito, molestus es nobis; *ne vous en allez pas*, noli abire.

Accidit tamen in *sermone familiari*, ut etiam utamur *Verbo* reciprocato *s'en aller*, in iisdem *casibus* in quibus utimur Verbo *Aler*? ut: *je m'en vais querir vos amis*, abeo amicos tuos &c. *je m'en irai demain à ma maison de campagne*, cras ibo &c.

Dicendum est in Perfecto Composito *je m'en suis alé*, abivi, non *je me suis en alé*, vel *je m'en suis en alé*.

Notatu dignum est, quod in hoc *Verbo reciprocato* Pronomen *se* consideratur quasi in *Accusativo*; prout constat ex iis

quæ habet D. *Desmarais* in dict. Grammat. pag. 248

Observandum est præterea Verbum *Aler* habere duo Participia passiva, alterum *Alé* de quo jam diximus, alterum verò *Eté*: Cum primo adhibetur Auxiliare *Etre* esse; cum secundo Auxiliare *Avoir* habere. Utendum est Participio *Alé*, quando habetur sermo de aliquo qui it, vel ivit ad locum aliquem ex quo non redivit adhuc, ut v. g: *lorsque vous ne nous trouvates pas au logis, nous étions alés chez votre ami*, tunc temporis quandò nos domi non invenisti, iveramus ad amicum tuum. Cum autem sermo habetur de aliquo qui ivit ad locum aliquem undè præsumitur jam redivisse, vel unde non apparet eum nondum redivisse, utendum est Participio *Eté*, ut: *Si vous aviez été en Angleterre, vous y auriez vû de tres belles femmes*, si ivisses in Angliam, pulcherrimas ibi fœminas vidisses.

Conjugatio II.

Aquerir, *acquirere*, aquérant, aquis.

Præsens Indicat.

Sing.		*Plur.*
j'aquiers		nous aquérons
tu aquiers	*acquiro*	vous aquérez
il aquiert		ils aquiérent

Perfect. Simplex.

j'aquis		nous aquimes
tu aquis	*acquisivi*	vous aquites
il aquit		ils aquirent

Futurum.

j'aquerrai		nous aquerrons
tu aquerras	*acquiram*	vous aquerrez
il aquerra		ils aquerront

Verbi *Querir* quærere, Infinitivus est solùm in usu, ut : *Alez querir du vin*, eas quæsitum vinum.

Alia ejus *Composita* præter *aquerir* sunt, *s'enquerir* inquirere, *requerir* requirere, *conquerir* devincere, *armis* comparare.

Hoc ultimum non est in usu, nisi in *Infinitivo*, *Perfecto simplici*, & in *Temporibus Compositis*.

Al-

Assaillir, *aggredi*, assaillant, assailli.

Incipit senescere, utere *Ataquer.*

Præsens Indicat.

J'assaus		nous assaillons
tu assaus	*aggredior*	vous assaillez
il assaut		ils assaillent

Alii, ut Reverend. Pater *Buffier*, putant hoc Verbum esse Defectivum & carere *Numero Singulari* in *Præsenti Indicativi.*

Alii, ut D. *Desmarais*, conjugant *j' assaille, tu assailles, il assaille, nous assaillons* &c.

Sic Tressaillir *exultare*, & Saillir *Salire*, Verùm hoc ultimum vix ullum habet usum.

Bouillir, *ebullire*, bouillant, bouilli.

Præsens. Indicat.

je bous		nous bouillons
tu bous	*ebullio*	vous bouillez
il bout		ils bouillent.

Con-

Consentir, *consentire*; Vide *Mentir*.

Courir, *currere*, courant, couru.

Præsens Indicat.

je cours		nous courons
tu cours	*curro*	vous courez
il court.		ils courent.

Perfectum simplex.

je courus		nous courumes
tu courus	*cucurri*	vous courutes
il courut		ils coururent

Futurum.

je courrai		nous courrons
tu courras	*curram*	vous courrez
il courra		ils courront

Couvrir, *tegere*, couvrant, couvert.

Præsens Indicat.

je couvre		nous couvrons
tu couvres	*tego*	vous couvrez
il couvre.		ils couvrent

Ita

Ita Ouvrir *aperire*, Souffrir *pati*, Offrir *offerre*, *& eorum Composita.*

Cueillir, *excerpere*, cueillant, cueilli.

Indicat. Præsens.

je cueille		nous cueillons
tu cueilles	*excerpo*	vous cueillez
il cueille		ils cueillent

Futurum.

Je cueillerai *excerpam*, nous cueillerons, ut fatetur *Richelet*: Idem sentit *D. Desmarais*, & Reverend. Pater *Buffier*, contrà *Vaugelas* qui vult *je cueillirai.*

Dormir, *dormire*, dormant, dormi.

Præsens Indicat.

je dors		nous dormons
tu dors	*Dormio*	vous dormez.
il dort		ils dorment.

Faillir, *errare*, *vel deficere*, faillant, failli.

Præsens Indicat.

je faus		nous faillons
tu faus *erro*, vel *deficio*		vous faillez
Il faut.		ils faillent

Fu-

Futurum.

Je faudrai *errabo*, *vel deficiam*, *&c.*

Loco hujus *Verbi*, in quo *Perfectum simplex*, & *Tempora Composita* adhuc alicujus sunt usus, meliùs uteris verbo *Manquer*.

 Férir, *ferire*.

Nil habet præter hanc phrasin, *Sans coup férir*, sine ictu dato; unde non est amplius in usu.

Fuïr, *fugere*, fuiant, fui.

Præsens Indicat.

je fuis		nous fuïons
tu fuis	*fugio*	vous fuïez
il fuit		ils fuïent

Incertum est an hoc Verbum, *fuir*, sit bissyllabum, vel non, in *Perfecto simplici*, in *Participio Passivo*, & in *Infinitivo*: Videtur tamen cum *Vaugelas*, & multis Aliis, meliùs esse, in illis *Temporibus*, *bissillabum*, quam *mono-syllabum*.

Observa hîc cum *D. Desmarais* & Reverend. Jesuita *Buffier*, quòd *Participium Passivum* hujus *Verbi* non potest fieri fœmininum: Hinc quamquàm rectè dicatur, *il a fui les occasions*, evitavit occasiones, non potest dici *les occasions qu'il a*

fuïes

a fuïs, occasiones quas vitavit; adeoque dicendum erit *les occasions qu'il a évitées.*

Hoc *Verbum* reciprocatur cum particulâ, *En*, & dicitur *S'enfuir* effugere. Dicendum est in perfecto Composito, *je me suis enfui*, effugi, non *je m'en suis fui*.

Ratio est quia Particula, *en*, facit unum Vocabulum cum Verbo *fuir*; ac proindè ab eo separari non debet: Hinc omninò scribendum est *S'enfuir*, non *S'en fuir*.

Aliud est in verbo *Aller*, ut observavimus pag. 157. quia Particula, *en*, non facit partem Vocabuli *S'en aller*: Hinc non rectè scriberetur *S'enaller*.

✕ Gésir, *jacere*.

Non est amplius in usu, sed in Epitaphiis hæc remanent.

Git, *jacet*	Gisent, *jacent*.

Posset etiam secundum *D. Desmarais* adhiberi in Imperfecto Indicat. *il gisoit*, *ils gisoient*, in Particip. Act. *gisant*, ut & in Imperativo, & in Præsent. Conjunct.

Haïr, *odisse*, Haïssant, haï.

Indicat. Præsens.

je hais		nous haïssons
tu hais	*odio habeo*	vous haïssez
il hait		ils haïssent

Issir,

Issir, *oriri.*

Est in usu solùm in Præterito, & Plusquam perfecto, ut: *je suis issu, & j'étois issu de sang Roïal*, ortus sum, vel eram ex sanguine Regio: Adhibetur etiam in Particip. act. *issant*, ubi de Insignibus Gentilitiis sermo est.

Mentir, *mentiri*, mentant, menti.

Indicat. Præsens.

je ments		nous mentons
tu ments	*mentior*	vous mentez
il ment		ils mentent

Sic, & Sentir *olere*, Consentir *consentire*, Ressentir *affici*.

Mourir, *mori*, mourant, mort.

Indicat. Præsens.

je meurs		nous mourons
tu meurs	*morior*	vous mourez
il meurt.		ils meurent

Per-

Perfectum simplex.

je mourus		nous mourumes
tu mourus	*mortuus sum*	vous mourutes
il mourut		ils moururent

Perfectum Compositum.

je suis mort		n. sommes morts
tu es mort	*mortuus sum*	v. étes morts
il est mort		ils sont morts

Futurum.

je mourrai		nous mourrons
tu mourras	*moriar*	vous mourrez
il mourra		ils mourront

Offrir, vide Couvrir.



Ouïr,

Hoc verbum non est amplius in usu: Aliqui utuntur tamen adhuc Partic. pass. *ouï*, dicendo *j'ai*, *j'avois ouï*; sed præstat dicere *j'ai entendu*, *j'avois entendu*, utendo nimirum Verbo *Entendre*, pro Verbo *Ouïr*.

Ou-

Ouvrir *aperire*, vide Couvrir.

Partir, *discedere*, partant, parti.

Indicat. Præsens.

je pars		nous partons
tu pars	*discedo*	vous partez
il part		ils partent

Perfectum Compos.

je suis		n. sommes	
tu es	parti *discessi*	vous êtes	partis
il est		ils sont	

¶ Partir pro dividere, & ejus *Compositum* Mi-partir sunt Regularia: sed in Infinitivo præstat uti partager, seu Diviser.

✗ Puïr *fœtere.*

Puïr male dicitur, sed dicendum est *Puer*, & conjugandum juxta *Verba primæ Conjugationis.*

Se Repentir, *panitere.*
Ressentir, *affici*, vide } Mentir
Sentir, *sentire*

Servir, *inservire*, servant, servi.

Indicat. Præsens.

je sers		nous servons
tu sers	*inservio*	vous servez
il sert		ils servent

Sortir, *exire*, sortant, sorti.

Indicat. Præsens.

je sors		nous sortons
tu sors	*Exeo.*	vous sortez
il sort		ils sortent

Perfectum Composit.

Je suis		n. sommes	
tu es	sorti *exivi*	vous étes	sortis
il est		ils sont	

Observandum est, Verbum *Sortir* uti aliquando Auxiliari *Avoir*, & quidem eleganter; cùm nimirum sermo habetur de aliquo qui redivit ex loco ad quem egressus erat. v. g. Si egressus fuerim ad locum aliquem & domum reversus sim, aliquis qui non credebat me exivisse, potest me rogare, *avez-vous sorti?* exivistine? melius quam *êtes-vous sorti?*

MO-

MONITUM.

¶ *Ressortir*, compositum à *Sortir*, non est in usu nisi in Jure, & hoc dum appellatur à Sententia, aut Judicio, unde dicitur; *Ces afaires Ressortissent, ou Ressortissoient au Parlement*, & est Regulare.

Souffrir, vide Couvrir.

Tenir, *tenere*, tenant, tenu.

Indicat. Præsens.

Je tiens		nous tenons
tu tiens	*teneo*	vous tenez
il tient		ils tiennent

Perfect. Simplex.

je tins		nous tinmes
tu tins	*tenui*	vous tintes
il tint		il tinrent

Futurum.

je tiendrai		nous tiendrons
tu tiendras	*tenebo*	vous tiendrez
il tiendra		ils tiendront

Ejus Composita, ut: Dètenir *detinere*, Retenir *retinere*, Obtenir, *obtinere*, sequuntur inflexionem Simplicis sui.

Venir, *venire*, venant, venu, *conjugatur ut* Tenir.

Sed in *Temporibus Compositis* utitur Verbo *Auxiliari*, *Je Suis*.

Vêtir, *vestire*, vêtant, vêtu.
Indicat. Præsens.

Je vêts		nous vêtons
tu vêts	*vestio*	vous vêtez
il vêt		ils vêtent

ita etiam Revêtir *denuò induere*; sed Travestir *mutare*, Investir *circumdare*, Régularia sunt, & in istis [*s*] effertur.

Conjugatio III.

Choir, *cadere*, chû.

Hoc Verbum non est in usu: Composita ejus Echoir, & Déchoir *magis*

gis sunt in usu, præsertim in Perfecto simplici, & in Temporibus compositis; de quibus adi D. *Desmarais* in dict. Grammat. pag. 422. & seqq.

Emouvoir, *ut* Mouvoir.

[redacted], *oportere, impersonale est.*

avoir [redacted], falu.

ayant

Indicat. Præsens.

Il faut *oportet.*

Imperfect.

Il faloit *oportebat.*

Perfect. Simp.

Il falut *oportuit.*

Futurum.

Il faudra *oportebit.*

Imperat.

qu'il faille *oporteat.*

Conjunct. Præs.

Il faille *oporteat.*

Imperfectum Optativi.

Il falût *oporteret,*

Imperfectum Subjunct.

Il faudroit *oporteret.*

S'en Falloir *deesse, abesse.*

Hoc Verbum est Impersonale, & conjugandum planè juxtà Verbum *Falloir* oportere. Verùm prò *s'en falloir*, meliùs uteris Verbo *Manquer.*

Mouvoir, *movere*, mouvant, mû.

Indicat. Præsens.

je meus		nous mouvons
tu meus	*moveo*	vous mouvez
il meut		ils meuvent

Ita Emouvoir *commovere*, Démouvoir *avocare*, Promouvoir *promovere* : de quibus videri potest D. *Desmarais* pag. 417. & seq.

Pleuvoir *pluere*, *est impersonale*: pleuvant, plû.

Indicat. Præsens.

Il pleut *pluit.*

Imperfectum.

Il pleuvoit *pluebat.*

Perfect. Simplex.

Il plut *pluit.*

Futurum.

Il pleuvra *pluet.*

Imperativus.

Qu'il pleuve *pluat.*

Conjunct. Præsens.

Il pleuve *pluat.*

Imperfectum Optativi.

Il plût *plueret.*

Imperfectum Subjunct.

Il pleuvroit *plueret.*

Pouvoir, *posse*, pouvant, pû.

Puissant, *est Adjectivum.*

Indicativus Præsens.

Je puis		nous pouvons
tu peus	*possum*	vous pouvez
il peut		ils peuvent

Futurum.

je pourrai		nous pourrons
tu pourras	*potero*	vous pourrez
il pourra		ils pourront

Imperativus.

Qu'il puisse *possit.*

Conjunct. Præsens.

je puisse		nous puissions
tu puisses	*possim*	vous puissiez
il puisse		ils puissent.

Participium Passivum hujus Verbi nunquam fit declinabile, aut fœmininum: Hinc dici non potest, *j'ai emploïé toute la diligence que j'ai puë*; sed dicendum est, *que j'ai pu*, omnem quam potui diligentiam adhibui, *j'ai fait toutes les choses que j'ai pu*, non *que j'ai puës*, omnes quas potui res feci.

Ratio est, quia censetur immediatè post Participium *pu* subsequi Infinitivus *emploïer*, *faire*; quasi diceretur, *j'ai emploïé toute la diligence que j'ai pu emploïer*, *j'ai fait toutes les choses que j'ai pu faire*.

Junge hic dicenda in Capite de *Participiis*.

Ravoir *recuperare*, nihil habet præter *Infinitivum*: *utere* Recouvrer.

Savoir, *scire*; sachant, su.
Savant *est Adjectivum.*

Indicat. Præsens.

Je sais		nous savons
tu sais	*scio*	vous savez
il sait		ils savent

perf. ... Je sçeu ...

Futurum.

je saurai		nous saurons
tu sauras	*sciam*	vous saurez
il saura		ils sauront

Imperativus.

- - - - -		sachons
sache	*scito-tu*	sachez
qu'il sache		qu'ils sachent.

Séoir *sedere*, Séant, Sis.

Hoc Verbum cum exigui, ne dicam minimi, fit usus, breviter ejus Conjugationem exponemus.

Reciprocorum more conjugatur, & in *Temporibus suis simplicibus* sequitur modum inflectendi quem mox in Verbo *s'asseoir* exhibebimus.

In *Perfecto Simplici* & in *Temporibus Compositis* nullatenus usurpatur.

Seoir *decere*, Seiant.

Séant, Séante, *est Adjectivum.*

Hoc Verbum caret *Participio Passivo*, & usitatur tantummodo in *Tempori-*

bus simplicibus; & quidem in solis *tertiis Personis singularis & Pluralis* numeri, in quibus inflectitur juxtà Verbum *s'asseoir*, prout illud proponemus juxtà opinionem Illustrissimi D. *Desmarais*.

Infinitivus hujus Verbi nullius unquam est usus, ita ut etiam à nonnullis dubitetur an sit *seoir*, vel *sier*.

Præterea Idem Verbum usurpatur aliquando planè *Impersonaliter*, pro *être seant*, ut: *il sied bien à un homme de gouverner sa famille*, optime decet virum &c.

S'asseoir, *sedere*, s'asseïant, assis.

Indicat. Præsens.

Je m'assiéds		nous nous asseïons.
tu t'assiéds	*sedeo*.	vous vous asseïez.
il s'assiéd		ils s'asseïent

Ita quidem Doctissimus D. *Desmarais* in dict. Grammat. pag. 424. 425. Aliter Rev. Pater *Buffier* in sua Grammat. pag. 262. fortè non malè ità conjugares, *je m'assis, tu t'assis, il s'assit, nous nous asseïons* &c.

Perfectum Simplex.

Je m'assis		nous nous assimes
tu t'assis	*sessi*	vous v. assites
il s'assit		ils s'assirent

Plu-

Futurum.

je m'affierai		nous n. affierons
tu t'affieras	*sedebo*	vous v. affierez
il s'affiera		ils s'affieront.

Ita étiam idem D. *Desmarais*; dicto loco. Aliter Rever. Pater *Buffier* d. pag. 261. Alii malunt, *je m'asseirai, tu t'asseiras, il s'asseira, nous n. asseirons*, &c.

Rasseoir, pro *iterum sedere*, conjugatur omninò juxtà Verbum *s'asseoir*.

Rasseoir, aliquandò sumitur pro *requiescere, sedare*, ut: *laisser rasseoir du vin* tempus sedandi vino relinquere, aut permittere, ut purius evadat.

In hâc ultimâ acceptione conjugatur quidem etiam sicuti Verbum *s'asseoir*; vix tamen in usu est, nisi in solo *Infinitivo*.

Surseoir differre, fermè tantùm in foro usitatur, & in *quibusdam Temporibus* non sequitur Conjugationem Verbi *s'asseoir* scilicet

In Participio Activo facit *sursoiant*.

In Præsenti Indicativi, *je sursois, tu sursois, il sursoit, nous sursoïons, vous sursoiez, ils sursoient*

In Futur. *je surseoirai, tu surseoiras* &c.

Souloir *solere* exolevit; *notandum est*

Avoir de coutume.

Valoir, *valere*, valant, valu

Indicat. Præsens.

Je vaux		nous valons
tu vaux	*valeo*	vous valez
il vaut		ils valent

Perfectum Simplex.

je valus		nous valumes
tu valus	*valui*	vous valutes
il valut		ils valurent

Futurum.

je vaudrai		nous vaudrons
tu vaudras	*valebo*	vous vaudrez
il vaudra		ils vaudront

Imperativus.

. . . .		valons
[redacted], [redacted] vailles	*valeto-tu*	valez
qu'il vaille		qu'ils vaillent

Il Vaut mieux, *præſtat.*

Notandum eſt quod Verbum *Prévaloir* & *Revaloir*, habet in Præſenti Conjunctivi *je prévale*, prævaleam, *je revale*, par pari referam, non autem *prévaille*, *revaille*, uti *valoir*.

Notandum eſt præterea quòd Participia *valu*, *revalu*, *prévalu*, neque genus

nus neque Numerum recipiunt: adeòque semper sunt indeclinabilia.

Voir, *videre*, voïant, vû.

Indicat. Præsens.

Je vois		nous voïons
tu vois	*video*	vous voïez
il voit		ils voïent

Perfectum Simplex.

je vis		nous vimes
tu vis	*vidi*	vous vites
il vit		ils virent

Futurum.

je verrai	nous verrons
tu verras	vous verrez
il verra	ils verront

Prévoir *prævidere*, *habet in Perfecto Simplici* prévis. Pourvoir *providere*, je pourvûs; *in Futuro* je prévoirai, & je pourvoirai, *non* je préverrai &c.

Vouloir, *velle*, voulant, voulu.

Indicat. Præsens.

Je veux		nous voulons
tu veux	*volo*	vous voulez
il veut		ils veulent

Perfectum simplex.

je voulus nous voulumes
tu voulus *volui* vous voulutes
il voulut . . . ils voulurent

Futurum.

je voudrai nous voudrons
tu voudras *volam* vous voudrez
il voudra ils voudront.

Imperativus.

. . . . . . voulons
[redacted], [redacted] veuille *fac velim* voulez
qu'il veuille qu'ils veuillent

Conjugatio IV.

Boire, *bibere*, bûvant, bû.

Indicat. Præsens.

Je bois nous bûvons
tu bois *bibo* vous buvez
il boit ils boivent

Perfectum simplex.

je bus nous bumes
tu bus *bibi* vous butes
il but ils burent

Brai-

Braire rudere, ad modum Asinorum vociferare, facit in Particip; passiv. *brai.* Vide D. *Desmarais* in dict. Grammat. pag. 435.

Bruire resonare, & ejus Participium, *bruïant*; sunt tantum in usu, sed parum; ejus Imperfect. Indicat: est etiam parùm in usu, & tantummodo in tertiâ singularis & pluralis; *le tonnerre bruïoit*, *les Flots bruïoient*, resonabat tonitru, resonabant fluctus.

Circoncire, *circuncidere* circoncisant, circoncis.

Præter Solum Participium Passivum, omninò inflectitur sicuti, *Sufire* sufficere.

Clorre claudere, & ejus composita, *enclorre* includere, *éclorre* adaperire, ova percudere, excudere, *forclorre* excludere; de quibus videri potest D. *Desmarais* pag. 443. & seq.

Conclure, *concludere*, concluant conclu.

Indicat. Præsens.

Je conclus		nous concluons
tu couclus	*concludo*	vous concluez
il conclut		ils concluent.

Perfectum simplex.

je conclus		nous conclumes
tu conclus	*conclusi*	vous conclutes
il conclut		ils conclurent

Exclure excludere, sequitur in omnibus Temporibus Verbum *Conclure*, si Solum Participium passivum excipias; habet enim *exclus*, non *exclu*. & in fæminino facit *excluë*, non *excluse*.

Verbum *Duire*, cum vix sit in usu pro exemplis, composito utemur.

Conduire, *conducere*, conduisant, conduit.

Indicat. Præsens.

Je conduis		nous conduisons
tu conduis	*conduco*	vous conduisez
il conduit		ils conduisent

Perfect. Simp.

je conduisis		n. conduisîmes
tu conduisis	*conduxi*	v. conduisîtes
il conduisit		ils conduisirent

MONITUM.

Cætera verba terminata in *uire*, ut *Déduire* deducere, *Détruire* destruere, *Instruire* instruere, *Produire* producere, *traduire* traducere, *seduire* decipere, *Cuire* coquere, *Recuire* denuò coquere &c. conjugantur uti *Conduire*.

Luire, *Reluire*, & *Nuire* habent in Participio *lui*, *relui*, & *nui*, ut: *j'ai lui*, *j'ai nui*.

Bruire resonare; vide dicta jam supra, pag. 181.

Confire, *condire*, confisant, confit.

Im-

Indicat. Præsens.

je confis		nous confisons
tu confis	*condio*	vous confisez
il confit		ils confisent.

Perfect. simplex.

je confis		nous confimes.
tu confis	*condivi*	vous confites
il confit		ils confirent

Connoître, *cognoscere*, connoissant, connu.

Indicat. Præsens.

je connois		n. connoissons
tu connois	*cognosco*	v. connoissez
il connoit		ils connoissent

Perfectum simplex.

je connus		nous connumes
tu connus	*cognovi*	vous connutes
il connut		ils connurent

Huic adde *Composita.*

Deinde *Croître* crescere, & *Paroître* apparere, cum Compositis, ut : *Accroître*, *Apparoître*, *Comparoître*, *Disparoître*.

Coudre, *suere*, cousant, cousu.

Indicat. Præsens.

Je couds		nous cousons
tu couds	*suo*	vous cousez
il coud		ils cousent.

Perfectum simplex.

je cousis		nous cousimes
tu cousis	*sui*	vous cousites
il cousit		ils cousirent

Alii, & inter eos D. *Desmarais*, volunt præferendum esse *je cousus, tu cousus*, &c.

Futurum.

je coudrai		nous coudrons
tu coudras	*suam*	vous coudrez
il coudra		ils coudront

Alii malunt dicere *je couserai, tu couseras*, &c; præfert tamen D. *Desmarais je coudrai.*

Eodem modo inflectuntur *Composita, découdre, recoudre.*

Craindre, *timere*, craignant, craint.

Indicat. Præsens.

je crains		nous craignons
tu crains	*timeo*	vous craignez
il craint		ils craignent

Per-

Perfectum simplex.

je craignis		nous craignimes
tu craignis	*timui*	vous craignites
il craignit		ils craignirent

Ita inflectuntur omnia desinentia in *aindre*, *eindre*, & *oindre*, ut : *Feindre* fingere, *Conjoindre* conjungere, &c.

Croire, *credere*, croïant, crû.

Indicat. Præsens.

je crois		nous croïons
tu crois	*credo*	vous croïez
il croit		ils croïent

Perfectum Simplex.

je crus		nous crumes
tu crus	*credidi*	vous crutes
il crut		ils crurent

Dire, *dicere*, disant, dit.

Indicat. Præsens.

je dis		nous disons
tu dis	*dico*	vous dites
il dit		ils disent

Perfect. Simplex.

je dis		nous dîmes
tu dis	*dixi*	vous dites
il dit		ils dirent

Con-

Conjunct. Præsens

je dise		nous disions
tu dises	*dicam*	vous disiez
il dise		ils disent.

Composita, Maudire *maledicere*, Contredire *contradicere*, Médire *calumniari*, Prédire *prædicere*, *non in omnibus sequuntur Verbum* Dire; *dicimus enim*, nous Maudissons &c. *non* nous Maudisons; Vous Contredisez, vous Médisez, & vous Prédisez *sunt in usu*, *non vero*, vous Contredites, &c.

Ecrire *scribere*, écrivant, écrit.

Indicat. Præsens.

j'écris		nous écrivons
tu écris	*scribo*	vous écrivez
il écrit		ils écrivent

Perfect. Simplex.

j'écrivis		nous écrivimes
tu écrivis	*scripsi*	vous écrivites
il écrivit		ils écrivirent.

Sic

Sic & ejus Composita Circonſcrire *circumſcribere*, Décrire *deſcribere*, Inſcrire *inſcribere*, Récrire *reſcribere*, Souſcrire *ſubſcribere*, Tranſcrire *tranſcribere*.

Faire, *facere*, faiſant, fait.

Indicat. Præſens.

je fais		nous faiſons
tu fais	*facio*	vous faites
il fait		ils font

Perfect. Simplex.

je fis		nous fimes
tu fis	*feci*	vous fites
il fit		ils firent

Futurum.

je ferai		nous ferons
tu feras	*faciam*	vous ferez
il fera		ils feront

Imperativus.

		faiſons
fais	*fac.*	faites
qu'il faſſe		qu'ils faſſent

Con-

Conjunct. Præsens.

je fasse		n. fassions
tu fasses	*faciam*	vous fassiez
il fasse		ils fassent

Composita ejus *Contrefaire* imitari, *Defaire* destruere, *Parfaire* perficere, *Refaire* reficere, *Surfaire* pluris æstimare, *eodem modo conjugantur.*

Frire Frigere, est solùm in usu in Infinitivo, in tribus personis singularibus Præsentis Indicativi, *je fris*, *tu fris*, *il frit*, in Futuro, *je frirai*, *tu friras*, &c. & in *Temporibus Compositis* cum Participio passivo *frit*; aliàs utimur, *Fricasser.*

Lire, *legere*, lisant, lû.

Indicativus Præsens.

je lis		nous lisons
tu lis	*lego*	vous lisez
il lit		ils lisent.

Perfectum Simplex.

je lus		nous lumes
tu lus	*legi*	vous lutes
il lut		ils lurent.

Ita ejus Composita, *Elire*, eligere, *Relire*, relegere.

Mettre, *ponere*, mettant, mis.

Præsens Indicat.

je mets		nous mettons
tu mets	*pono*	vous mettez
il met		ils mettent

Perfectum Simplex.

je mis		nous mimes
tu mis	*posui*	vous mites
il mit		ils mirent

Sic & Composita ejus, *Admettre* admittere, *Commettre* committere, *Démettre* deponere, *Premettre* promittere.

Moudre, *molere*, Moulant, moulu.

Indicat. Præsens.

je mouds		nous moulons
tu mouds	*molo*	vous moulez
il moud		ils meulent

Circà tertiam personam pluralis *Præsentis Indicativi*, non consentiunt Eruditi; plures enim volunt dicendum esse, *ils moulent*, non *ils meulent*. Hanc partem defendit Eruditissimus D. *Desmarais*.

Per

Perfectum simplex.

je moulus, *molui.* &c.

Emoudre, cote acuere, conjugatur uti simplex *moudre.*

Naître, *nasci*, naissant. né.

Indicat. Presens.

Je nais		nous naissons
tu nais	*nascor*	vous naissez
il nait		ils naissent

Perfectum simplex.

je naquis		nous naquimes
tu naquis	*natus sum*	vous naquites
il naquit		ils naquirent.

Perfectum Compositum.

je suis		n. sommes	
tu es	né *natus sum*	vous étes	nés
il est		ils sont	

Paitre, *pascere*, paissant, repû.

Hoc verbum Conjugatur uti Verba in *Oitre*, ut: *Connoitre*, *Paroitre*; excepto quòd *Particip. passivum*, & *Perfectum simp.* mutuatur à Composito *Repaitre* pascere, quod

quod in omnibus suis *Temporibus* sequitur Verbum *Paitre*; cum hâc tantùm differentiâ quod habeat *Perfectum simplex*, & *Participium passivum*, scilicet *je repus*, pavi, *repu* pastum.

Paitre tamen, in termino Venationis, habet pro Particip. passivo *pû*, ut: *un Oiseau qui a pu*, avis quæ pavit.

Plaire, *placere*, plaisant, plû.

Indicat. Præsens.

Je plais		nous plaisons
tu plais	*placeo*	vous plaisez
il plait		ils plaisent.

Perfectum Simplex.

Je plûs		nous plûmes
tu plûs	*placui*	vous plûtes
il plût		ils plûrent

Sic & Composita *Complaire* gratum esse, *Déplaire* displicere.

Prendre *capere*, prenant, pris.

Pr

Indicat. Presens.

Je prens		nous prenons
tu prens	*capio*	vous prenez
il prent		ils prennent

Perfectum simplex.

je pris		nous primes
tu pris	*cepi*	vous prites
il prit		ils prirent

Huic adde Composita ipsius, Aprendre *discere*, Comprendre *comprehendere*, Dés-aprendre *dediscere*, Entreprendre *suscipere*, Reprendre *corrigere*, Surprendre *deprehendere*, se Méprendre *decipi*.

Rire, *ridere*, riant, ri.

Presens Indicat.

je ris		nous rions
tu ris	*rideo*	vous riez
il rit		ils rient

Perfect. Simplex.

je ris		nous rimes
tu ris	*risi*	vous rites
il rit		ils rirent

Soudre *solvere*, *nil habet præter Infinitivum*; *sed ejus Composita* Absoudre *absolvere*, Dissoudre *dissolvere*, Résoudre *resolvere*, *vel statuere*, ita conjugantur:

Absoudre, *absolvere*, absolvant, absous.

Indicat. Præsens.

j'absous		nous absolvons
tu absous	*absolvo*	vous absolvez
il absout		ils absolvent

Perfecto simplici caret, *uti etiam* Dissoudre.

Absolu, Dissolu *Adjectiva sunt*, *& non Participia*, *licèt à Verbis descendant*.

Résoudre decernere, statuere; conjugatur ut *Absoudre*: Hoc tantum excepto, quod non careat *Perfecto Simplici*, sed habeat, *je résolus* decrevi, *tu résolus* &c. Præterea in Particip. passiv. facit *résolu*, decretum, non *résous*.

Si

Si tamen *Résoudre* sumatur pro *dissolvere, convertere, mutare*, faciet in Partic. passiv. *résous*, non *résolu*.

Sufire, *sufficere*, sufisant, sufi.

Præsens Indicat.

je sufis	*sufficio*	nous sufisons
tu sufis		vous sufisez
il sufit		ils sufisent

Perfectum Simplex.

je sufis	*sufficci*	nous sufimes
tu sufis		vous sufites
il sufit		ils sufirent

Suivre, *sequi*, suivant, suivi.

Indicat. Præsens.

je suis	*sequor*	nous suivons
tu suis		vous suivez
il suit		ils suivent

Taire, *tacere*, taisant, tû.

Vide superius Verbum Plaire; *eodem modo Conjugatur: usitatius vero reciprocatur, & dicitur* je me tais, je me taisois *&c.*

Tistre, texere, conjugandum est sicuti Verba in *aitre*, vel *oitre:* Verùm observat D. *Desmarais* in dictâ Grammat. pag. 451. hoc Verbum in usu non esse, nisi in *Temporibus Compositis*, quæ ex Verbo Auxiliari *Avoir*, & Particip. passiv. *tissu*, desumuntur.

Tordre torquere; conjuga ut *Vendre* vendere; quamquam circà ejus *Participium passiv.* non consentiant Eruditi. Alii volunt esse *tors*, & in fœminino *torse*, vel *torte*, & ita Reverend. Pater *Buffier.* Alii, ut D. *Desmarais*, defendunt *tordu*, licèt adhuc hodié dicatur *Col tors*, tortum collum, *colonne torse*, torta columna, *Bouche torte*, & *Gueule torte*, tortum Os.

Traire, *trahere*, traïant, trait.

Indicat. Præsens.

Je trais		nous traïons
tu trais	*traho*	vous traïez
il trait		ils traïent

Hoc Verbum usitatum à plurimis Artificibus, seu Operariis, caret Perfecto Simplici; ejus Composita sequuntur Simplex suum, & sunt Attraire *allicere*, Distraire *distrahere*, Extraire *extrahere*, Portraire *depingere*, Soustraire *subtrahere. Sed non est in usu nisi in quibusdam Temporibus; raro enim Auctores utuntur his-ce Verbis desinentibus in* aire, *nisi in* Infinitivo.

Vaincre, *vincere*, vainquant, vaincu.

Indicat. Præsens.

je vaincs		nous vainquons
tu vaincs	*convinco*	vous vainquez
il vainct		ils vainquent

Perfectum simplex.

je vainquis		n. vainquismes
tu vainquis	*convici*	v. vainquites
il vainquit		ils vainquirent

Hoc Verbum vix est in usu in singulari Præsentis Temporis, sed in

Præterito & Futuro usurpari potest, ut: je vainquis, j'ai vaincu, je vaincrai, *Loco illius*, Surmonter, *prævalet.*

Præterea circa hoc Verbum observandum est illud in *Particip. Act. Præsenti* & *Imperfecto Indicativi* aliter conjugari apud D. *Desmarais* in dict. Grammat. pag. 446. Vult enim servari ubique litteram (*c*) excipe tantummodo ante (*e*,) vel (*i*).

Hinc in *Particip. activo* legit & scribit, *vaincant*, in primâ plural. *Præsent. Indicat. nous vaincons*, in *Imperfect. Indicat. nous vainquions, &c.*

Convaincre convincere uti *Vaincre.*

Vivre, *vivere*, vivant, vécu.

Indicat. Præsens.

je vis		nous vivons
tu vis	*vivo.*	vous vivez
il vit		ils vivent

Perfectum simplex.

je vécus		nous vécumes
tu vécus	*vixi*	vous vécutes
il vécut		ils vécurent

Dicitur quidem etiam, *je véquis*, *tu vequis*, &c: Verùm præstare videtur *je vécus*; & ita sentit etiam Doctissimus D. *Desmarais.*

FINIS VERBORUM IRREGULARIUM.

Cap. VIII.

De usu Temporum.

De Præsenti.

Tempus præsens nihil habet peculiare, nisi quod loco *Futuri* usurpetur, dum de re certò eventurâ sermo est, ut *il est dans peu de tems la Saint Jean*, brevi futurum est festum Sancti Joannis.

Sic, *Où allez-vous demain* quò iturus es cras?

Nous allons après demain à la chasse, nos ituri sumus postridiè venatum.

Deinde loco ejusdem *Futuri* usurpatur dum accedit Conjunctio conditionalis *Si*, ut: *si je fais cela, je veux que l'on me tonde*, si hoc fecero, volo tonderi.

Tandem non sine venustate, Historicæ Narrationes in *Præsenti*, loco *Præteriti* Temporis collocantur; maximè dum refertur continuatio eventuum inopinatorum, ut: *Le Roi étant entré dans la Ville, tous les Bourgeois se mettent sous les armes, ils courent au devant de lui, on entend par tout le bruit du canon, &c.* Cum Rex ingressus est Civitatem, omnes Cives se sistunt in armis, ei obviam iverunt,

runt, ubique tormenti bellici sonitus verberavit aures.

De Imperfecto.

1. *Imperfecto* utimur Tempore, si actionem ad tempus quoddam duraturam, sed, interveniente aliquo casu, subitò interruptam, significare animus est, ut: *je me flatois de l'honneur de votre amitié, mais je trouve à cette heure que je me trompois*, mihi promittebam honorem tuæ amicitiæ, sed nunc comperio me deceptum esse.

2. Cum sermo est de *Habitu*, *Consuetudine*, aut *Ætate* Defuncti hominis, ut: *Henri le grand, aïant essüié les travaux de la Guerre, s'adonnoit aux plaisirs*; Henricus Magnus, defunctis belli laboribus, deliciis sese dedebat.

Il étoit âgé de 57. ans, quand il mourut, annum. 57. agebat, cum è vivis discessit.

3. Cum agitur de duabus ejusdem durationis actionibus, ut: *pendant que les soldats essüioient les coups, le Capitaine faisoit bonne chére*, intereà dum milites manus conferebant, genio indulgebat eorum Dux.

4. Tandem *Imperfecto* utimur post *Lorsque* dum, *Tandis que*, *Pendant que*, *Durant que*, intereà dum.

De

De Perfecto simplici.

Eo utimur, dum certum aliquod tempus *omninò elapsum* definimus, ut: *Je fis hier la révérence à Monsieur*; heri salutavi Dominum, *Je vous écrivis, la semaine passée, mon sentiment sur cela*, quid de hac re sentio, septimanâ transactâ, tibi scriptis notum feci.

Idem usurpamus in *Historiis* enarrandis; modò *circumstantia aliqua* indicent elapsum esse tempus quo enarrata acciderunt, ut: *Cassius & Brutus poignardérent César au milieu du Sénat*, Senatus in medio Cæsarem occiderunt Cassius & Brutus.

Il sortit en colére, & le laissa seul écumer son frein, Iratus exivit, eumque solum frenum suum dealbare reliquit.

De Perfecto Composito.

Composito utendum est, dum tempus non determinatur, ut: *j'ai cherché la paix, & je l'ai trouvée*, quæsivi pacem, & eam inveni.

Vel si determinetur, dum sermo est de tempore quod nondum præterit *per omnes partes suas*; adhibito nempè *Pronomine Demonstrativo*, *Ce*, *Cet*, *Cette*, *Ces*,

Ces, & loquendo de eodem tempore in quo fumus, ut: *j'ai été aujourd'hui*, quasi *ce jourd'hui, ce matin, cette semaine à l'Eglise*, hodie, hoc manè, hâc septimanâ sacris interfui.

2. *Depuis, Depuis quand*, ex quo, hoc Præteritum petunt, ut: *nous avons été malhûreux depuis deux ans*, à duobus annis infortunati fuimus.

Sequentia verò, *Dés que, Lors que, Quand, Jamais* utrumque admittunt Præteritum, ut: *je ne fus jamais*, vel *je n'ai jamais été si gaillard*, nunquam adeò lætus fui.

Plusquamperfectum, & Futurum nil Difficultatis habent.

Sequentes Conjunctiones Indicativum *postulant.*

Lorsque } dum
quand

pendant que } interea quò
tandis

tant que quamdiu
depuis que ab eo quo

parce que } quia
d'autant que

à cause que / *vû que*	cum.
à mesure que, prout	
puis que, siquidem	
outre que, præterquam	
toutes les fois / *autant de fois* — *que*	quotiescumque
dès que / *aussi tôt que*	statim atque
de sorte que / *tellement que* / *si bien que*	ita ut.

De Conjunctivo Modo.

Conjunctivus modus rectè distinguitur in *Optativum* & *Subjunctivum*; nempè propter duo *Imperfecta*, & duo *Plusquamperfecta* quæ in hoc *Modo* planè diversa reperiuntur, quamquam Latinè unum idemque sint.

Hæc duo *Imperfecta* sunt ex. gr. *je chanterois*, *je chantasse*, cantarem; *j'aurois*, *j'eusse*, haberem; *je serois*, *je fusse*, essem.

Ex duobus *Imperfectis Conjunctivi* in-

Verbis Auxiliaribus formantur, sive potiùs componuntur duo *Plusquam perfecta Conjunctivi*, ut suprà vidimus.

Illa igitur *Imperfecta* & *Plusquam perfecta Conjunctivi* distinguuntur ab invicem per distinctionem inter *Optativi* & *Subjunctivi Modum*, ut jam diximus suprà in *Monito* quod extat pag. 128.

Imperfectum aut *Plus quam perfectum Optativi* construitur cum *Conjunctionibus Optativo* inservientibus, quas vide infrà pag. seq. ut: *quoi que, bien que j'eusse*, licèt haberem.

Imperfectum verò, aut *Plus quam perfectum Subjunctivi*, easdem *Conjunctiones* recusat, & sensum *conditionalem* exprimit, ut: *je n'aurois pas si vous aviez*, non haberem si haberes.

Observa 1. Quod Verba quæ post se *Optativum* exigunt, si in *Præsenti* aut *Futuro* ponantur, *Præsens* quoque *Optativi* postulent, ut: *je souhaite qu'il vienne* opto ut veniat, *je ferai que vous ne vous plaigniez point de moi*, efficiam ut non conqueraris de me.

Sed si eadem Verba sint in *Præteritis*, *Imperfectum* petunt, ut: *je souhaitois que cela arrivât* optabam ut illud accideret; *j'ai commandé qu'on vous allât trouver*, jussi ut te convenirent.

Dicito, *Dieu veüille que vous m'aimiez*, & non, *aimassiez*; utinam me ames.

Plût à Dieu que vous m'aimassiez, non *aimiez*, utinam me amares.

Observa 2. Quod si tria occurrant *Imperfecta*, ita construi debent ut *Imperfectum Indicativi* Primum locum occupet, *Imperfectum Optativi* Secundum, & *Imperfectum Subjunctivi* Tertium, ut: *Si je savois que vous me fissiez cet honneur, je vous suplirois*, si ego scirem quod tu mihi faceres hunc honorem, ego te rogarem &c.

Sequuntur *Conjunctiones Optativo inservientes*.

Bien que *encore que* *quoi que*	licèt

à condition que, eâ lege sive conditione ut

non obstant que, nihil obstante quòd

malgré que, etiam repugnante atque invito eo quòd, vel nullâ habitâ ratione quòd

pourvû que, dummodo

en cas que, posito quod

sans que, absque eo quod, quin

soit que, sive

si ce n'est que, *à moins que*, nisi

jus qu'à ce que, donec

afin que, ut

de maniere que, ità ut

de peur } *que* } ne
de crainte }

avant que antequam

faire en sorte que dare operam ut

Quand, pro quamvis, *Imperfectum*, vel *Plusquam perfectum Subjunctivi* postulat, ut: *quand j'aurois écrit*, licèt scripsissem.

Et ne repetamus *Quand* in secundâ parte Periodi, utimur Conjunctione *Que*, ut: *Quand l'iniquité triompheroit de la vertu, & que les hommes la suivroient*, licèt de virtute triumpharet iniquitas, eamque licèt homines sequerentur.

Interdum *Faire en sorte*, *à moins*, *Afin*, *De peur*, *De crainte*, construuntur cum particulâ, *De*, & tunc *Infinitivum* volunt, ut: *afin de vous faire savoir*, ut tibi notum faciendum, *de peur de vous oublier*, ne tui obliviscar.

Avant que construitur etiam cum particulâ, *De*, & Infinitivo, ut: *Avant que de m'en aler*, antequam abeam.

Sans, deficiente *Que*, etiam *Infinitivum* petit, ut: *Sans lui signifier*, clam ipso.

Afin que, ut, continet rationem praecedentis Propositionis, aut Sententiae, ut: *je lui ai écrit cette lettre, afin qu'il vînt* ad eum scripsi hanc epistolam, ut veniret

Vous

Vous m'avez fait ce présent, afin que je sois votre ami, tu mihi hoc donum fecisti, ut tuus sim amicus.

Sed si non reddat rationem, omittendum est, *Afin*, & utendum tantummodo Conjunctione, *Que*, ut: *je désire que vous veniez*, opto ut venias, *je veux que vous fassiez cela*, volo ut illud facias.

CAP. IX.

De usu Indicativi, & Optativi cum Conjunctione Que.

I. VERBA quæ *rem actualiter existentem, & positivam aliquam certitudinem*, vel *fidem certam* significant, ut: *Connoître* cognoscere, *Savoir* scire, *Dire* dicere, *Trouver* invenire, *Maintenir* sustinere, *Assurer* certum reddere, *Entendre* intelligere, *Confesser* fateri, *Apprendre* audire, compertum habere, *Comprendre* intelligere, *Penser* putare, *S'imaginer* sibi pro certo in animum inducere, *Croire* credere, *Soutenir* defendere, & similia cum Conjunctione *Que*, *Indicativum* petunt, ut: *Je connois, je sais, & je trouve que vous êtes un trompeur; nous maintenons, je dis, & je soutiens que cela est ainsi*,

ainsi, Ego agnosco te deceptorem esse; imò hoc ita esse assero, & sustineo.

Si autem eadem *Verba* & *Similia* Interrogativè, vel cum Negatione, aut cum Conjunctione conditionali (*si*) usurpentur, tunc petunt *Optativum*. Exempla vide apud D. *Desmarais* in dict. Grammat. pag. 360.

Notat tamen Reverend. Pater *Buffier* in suâ Grammat. pag. 228. posse in iisdem casibus adhiberi interdum *Indicativum*, & quidem meliùs post Verba *je dis* dico, *j'assure* affirmo, & *similia*.

Si Verbum *Croire* ad Futurum spectet, dicito *Je ne croïois pas que vous seriez si ws*: non credebam te &c.

Dimen: 2. Verba quæ significant aliquam *Voluntatem*, *Desiderium*, *Mandatum*, *Permissionem*, *Timorem*, ut & *Dubium*, aut *Eidem incertam*, *Admirationem*, *&c.* cum eâdem Conjunctione, *Que*, *Optativum* petunt, ut: *je veux que vous viviez* volo ut vivas, *je désire qu'il meure* cupio ut moriatur, *je crains qu'elle ne vienne* vereor ne illa veniat, *je doute qu'il vienne* eum venturum esse dubito, *j'ignorois qu'il vous eût païé* eum tibi solvisse ignorabam.

Infinitivus tamen loco *Optativi* usurpatur, dum in utroque *Verbo* eadem est per-

persona quæ *Optat*, *Vult*, *Imperat*, &c. ut: *Je veux vous obéir* volo tibi obedire, *je Désire vous faire connoître l'état de mes affaires* opto te certiorem reddere status negotiorum meorum, vel *je Désire de* &c.

Sic usurpatur *Infinitivus* quando Persona, vel Pronomen personale, aut relativum, regitur à *Verbo* quod *Voluntatem*, *Desiderium*, *Mandatum*, *&c.* significat, ut: *J'ai exhorté mon ami à vous servir*, hortatus sum amicum meum ut tibi serviret, *c'est celui à qui j'avois commandé de faire* ille est quem jusseram ut faceret, *Je lui ai Commandé de se taire*, eum jussi ut taceret.

Idem fermè obtinet circà *Verbum il semble* videtur; *il semble que vous n'aïez jamais rien vû* videris nihil unquam vidisse, *il nous semble que votre ami nous trahit*, videtur nobis amicus tuus nos prodere, vide Rev. Patrem *Buffier* dict. loc. pag. 229.

3. Utimur etiam *Optativo* quando Relativa *Qui*, *Que*, *Quod* reguntur à Verbo *Interrogativè*, aut *in Imperativo*, vel *cum Negatione*, aut *Conditionaliter* sumpto; vel etiam quandò eadem Relativa, *Qui*, *Que*, *Quod*, sunt inter *duo Verba*, & voluntatem desiderium &c. designant, ut:

S'il

S'il y a quelqu'un qui nous en veuille, je l'en ferai repentir, si quis nos aggrediatur, efficiam ut eum pœniteat.

Je souhaite pour femme, une fille qui soit belle, qui ait beaucoup de prudence & peu de vanité, a qui je puisse &c. Opto mihi uxorem formosam, valdè prudentem, & minus vanam, cui possim &c.

Dites lui des raisons qui puissent, dicito illi rationes quæ possint.

Y a-t-il un homme dont on ait plus d'estime? estne homo aliquis qui pluris æstimetur?

Il n'y avoit rien qui me fût plus agréable, nihil erat quod mihi gratius esset.

Vous ne vites jamais personne qui s'estimât autant, neminem unquam vidisti qui se tanti faceret.

4. Eadem Relativa, *Qui*, *Que*, *Quod*, post *Superlativum*, regunt *Optativum*, ut:

C'est la meilleure raison que je puisse vous donner, hæc est ratio validissima quam tibi afferre queam.

5. Post *Quel*, vel *Quelque*, qualiscunque, quantumlibet, vel *quoi que*, quidquid, utimur *Optativo*. Exempla vide apud Reverend. Patrem *Buffier* in dict. Grammat. pag. 229.

6. Omnia Verba *Impersonaliter* usurpata cum Conjunctione *Que* regunt *Opta-*

tantivum; dummodo tamen Verba illa nihil *positivè certi* significent, ut: *Il faut qu'il vienne*, oportet ut veniat, *Il se pouvoit faire que nous fussions tous péris* fieri poterat ut periissemus omnes, *Il est certain qu'il nous chérit*, certum est eum nos diligere; *Il est tres vrai qu'il vous craint*, verissimum est quod ille te timet.

7. Tandem post Adjectiva sequentia *Juste* æquum, *Impossible* impossibile, *Raisonnable* rationi consentaneum, *Marri Fâché* tristis, *Bien-aise* lætus, ut: *je suis marri qu'on l'ait ainsi chassé*, tristis sum quod ita expulsus fuerit.

Je suis bien-aise, que vous aïez été trouvé tel que je désirois, Lætor abundè quod talis repertus fueris, qualem te reperiri cupiebam.

Il est impossible que vous ne soïez las, impossibile est te non defatigatum esse.

Nota has Phrases, quæ cum particulâ, *Que*, & *Infinitivo* construuntur.

Il ne sait que faire ignorat quid acturus sit.

Il ne fait qu'entrer & sortir, continuò ingreditur & exit.

Il ne fait que de partir, jam jam discessit.

Elle ne vient que de relever de maladie, jam jam convaluit.

Est-il.

Est-il si pervers que de faire? est ne adeò perversus, ut faciat &c.

C'est une grande méchanceté que de dire, magna est nequitia dicendi &c.

CAP. X.

De Gerundiis.

GERUNDIUM in (*di*) apud Gallos nil aliud est quam *Præsens Infinitivi*, cui additur particula (*De*,) & non discrepat ferè usu, ab eo quem recipit apud *Latinos*.

1. Dum *Nomen Substantivum* ei præponitur, ut: *vous avez envie de parler*, habes desiderium loquendi, *nous avons lieu de faire nos excuses*, datur nobis occasio nos met-ipsos excusandi.

Exceptionem pete ex dicendis paulò inferiùs, circà *Gerundium* in *dum*, n. 2.

2. Post Adjectiva *Curieux* curiosus, *Content* contentus, *Las* defatigatus, *Bien-aise* lætus, *Fâché*, *Marri* mœstus, *Digne* dignus, *Capable* capax, ut: *curieux de savoir* cupidus sciendi, *digne de vivre* vitâ dignus.

3. Post *Etre en peine*, *en danger*, *en état*, *à la veille*, *sur le point*, ut: *il est à la veille*.

veille de perdre tout, imminet ei ruina universalis, *je suis sûr le point de vous dire adieu*, jam tibi valedicam.

4. Post sequentia Verba *Gerundium* in (*di*) postulantia.

assûrer, certiorem reddere.
s'abstenir, abstinere
aprébender, timere
charger, mandare
continuer, pergere
confirmer, confirmare
commander, jubere
conjurer, conjurare
conseiller, consilium dare
courir risque, danger, fortune, periclitari
diférer, differre
détourner, deturbare, avertere
désister, desistere
divertir, divertere,
s'éforcer, conari
empêcher, impedire,
enjoindre, imperare
faire semblant, *mine*, fingere, simulare
hâter, festinare
permettre, permittere
persuader, persuadere
prier, *suplier*, orare
presser, urgere
promettre, polliceri
proposer, proponere

re-

refuser, recusare
se repentir, pœnitere
souhaiter, exoptare
se soucier, curare
tâcher, conari
ut: *Je vous assûre de venir*, te certiorem reddo me venturum.

Je vous prie de me faire, rogo te ut mihi facias.

Efforcez vous de paroître aux ïeux de Dieu tel que vous fâites semblant d'être devant les hommes, conare ut talis fis coram Deo, qualem te coram hominibus esse simulas.

5. Tandem observa quod *Gerundium* in (*Di*) elegantissimè usurpatur in initio *Periodi*, dum sequitur *Verbum* quod *Illud* post se exigeret, si alio modo dispositum esset, ut: *De m'en aller sans prendre congé de vous, c'est ce que je ne ferai jamais*, nunquam discedam à te; quin prius tibi valedixero.

De dire qu'il soit sage, c'est la plus grande folie du monde, eum doctum prædicare, est se stultum ostendere.

Gerundium in (*dum*)

Istud est adhibendum cum id, cujus gratiâ aliquid fit, significare volumus; & tunc

tunc utendum est *Infinitivo* cum præpositione (*Pour*,) quæ est *Nota* hujus Gerundii, ut: *Nous ne vivons pas pour manger, mais nous mangeons pour vivre*, nos non vivimus ut edamus, sed edimus ut vivamus.

Excipe 1. Verbum Auxiliare *Avoir*; quod post se, loco (*Pour*) particulam (*à*) usurpat, ut: *avoir à faire*, habere agendum, *avoir quelque chose à écrire*, habere aliquid scribendum.

2. Cum idem Verbum *Avoir*, & ipsius *Impersonale* construitur cum dictionibus, *Contentement* voluptas, *Goût* desiderium, *Danger*, *Hazard* periculum, *Peine* labor, *Plaisir* voluptas, ut: *il y a du plaisir à étudier*, est voluptas studendo, *il y a du danger à tarder*, periculum est in morâ.

3. Cum idem Verbum *Avoir* & ejus *Impersonale* usurpatur cum Adverbiis *Quantitatis*, *Plus* magis, *Moins* minus, *Beaucoup* multum, *Rien* nihil, ut; *il n'y a rien à craindre*, nil est timendum, *il y a beaucoup à profiter*, est multum in eo lucri faciendum.

4. Post Adjectiva sequentia *Aisé*, *facile* facilis, *Difficile* difficilis, *Agréable* gratus, *Beau* egregius, *Apre* durus, *Bon* bonus, *Propre* aptus, *Premier* primus,

Der-

Dernier ultimus, *Seul* solus, *Prompt* promptus, *Enclin* proclivis, *Ardent* ardens, *Diligent* assiduus; *Habile* habilis, *Prêt* paratus, ut: *Je suis prêt à vous obéïr*, ad tibi obediendum paratus sum.

5. Tandem *Participium Passivum* in (*Dus*, *Da*, *Dum*,) exprimitur per particulam (*à*) cum *Infinitivo*, ut: *Chambre à louër*, cubiculum locandum.

Nota Phrases sequentes cum Verbis *Avoir* & *Etre*.

Etre, vel *Avoir à charge*, esse oneri, habere onus.

Sic *Etre*, vel *Avoir à craindre*, habere, vel esse timendum.

A redouter, formidandum.

A attendre, expectandum.

Adde *c'est à moi à faire*, meum est facere.

C'est à lui à parler, ipsius est loqui.

C'est à nous à commander, nostrum est imperare.

C'est à Monsieur à se taire, Domini est tacere.

Ita, *Homme à tout faire*, homo ad omnia expeditus, *Viande difficile à garder*, caro quæ difficilè custodiri potest.

6. Eandem particulam (*à*) postulant sequentia Verba.

S'acoûtumer, assuescere

s'adonner, incumbere
s'apliquer, ſtudere
condamner, condemnare
commencer, incipere
convier, invitare
deſtiner, deſtinare
diſpoſer, diſponere
encourager, animum dare, excitare
s'engager, ſe intricare
s'étudier, incumbere, ſtudere
s'éxercer, ſe exercere
exciter, compellere
inciter, incitare
inviter, invitare
s'obſtiner, } obſtinare
s'opiniatrer, } obſtinare
s'occuper, incumbere
ſe plaire, delectari
prendre plaiſir, voluptatem capere
prendre peine, ſumere laborem, laborare
prendre goût à l'étude, ſtudiis affici
pouſſer, pellere
ſe porter, inclinare
ſe préparer, præparare ſe
ſe prendre, } incipere
ſe mettre, } incipere
réduire, reducere
reſter, ſupereſſe
travailler, operam dare

tendre, } tendere
viser,

ut: *Il se prit à rire*, incepit ridere.
Je commence à aprendre, incipio discere.

Gerundium in (do)

Usurpatur, dum volumus tempus, sive modum rei alicujus factæ, aut faciendæ, exprimere, ut: *je lui en parlerai en nous promenant*, alloquar eum de hoc dum deambulabimus, sive deambulando, *il a perdu son tems en jouant*, ludendo tempus frustrà consumpsit.

Ex his apparet hoc *Gerundium*, non sicut præcedentia, formari cum *Infinitivo*, sed semper ad instar *Participii Activi* terminari in *ant*.

De differentiâ inter hoc *Gerundium* & *Participium Activum*, ut & quandò particulam (*en*) ante ipsum admittere, vel omittere, debeamus, vide apud *D. Desmarais* in dict. Grammat. pag. 347. adde ibid. pag. 362. & 494. & seqq.

Aliter sentit Reverend. Pater *Buffier* in suâ Grammat. pag. 236.

De Supinis.

Supinis carent Galli; sed *Supini Prioris* loco

loco, *Infinitivi Præsenti* utimur, ut: *je vais promener*, eo ambulatum.

Loco *Supini Alterius*, utimur *Gerundio in* (*Di*) ut: *je viens de promener*, venio ambulatu.

CAP. XI.

De Participiis.

PARTICIPIUM duplex est, ut patet ex supradictis de *Verbo*; scilicet *Activum*, & *Passivum*, seu *Commune*.

Activum desinit in (*ant*,) ut: *aiant* habens, *étant* existens, *parlant* loquens, *bâtissant* ædificans.

Passivum, seu *Commune*, diversimodè terminatur, ut: *eu* habitus, *été* qui fuit, *aimé* amatus, *bâti* ædificatus &c.

Utrinsque *Usus* admodum frequens est & intricatus, in quem non solum Peregrini, sed etiam Galli ipsi, sæpe impingunt.

Participium Activum cum *Gerundio in* (*ant*) cave ne cum Multis confundas; adeòque huc repetenda veniunt ea quæ de Utriusque differentiâ observavimus in Cap. præcedenti, pag. 218.

Participium Activum, in propriâ significatione acceptum, nec potest esse

Pluralis Numeri, nec *Fœminini Generis*, ut: *j'ai trouvé ces hommes changeant de dessein, & ces femmes changeant de discours*; non *changeantes*; inveni istos viros mutantes propositum, & istas fœminas sermonem.

Dantur tamen aliquandò *Participia* quædam *Verborum* quæ *Neutra* vocantur, in quibus hæc non obtinet regula: Talia sunt *usante* utens, *jouissante* fruens, *tendante* tendens, *requérante* requirens, *relevante*, quæ sub alicujus ditione est, & nonnulla alia similia quæ præsertim in Foro usitantur. Vide *D. Desmarais* in dictâ Grammat. pag. 505. & seq.

Si Participium Activum *Adjectivè* sumatur, est *Utriusque Generis* & *Numeri*, ut: *il est d'une humeur changeante*, est indolis inconstantis.

Cette nation est fort remuante, ista natio est admodum novitatis amans.

Participium Passivum, seu *Commune* sic vocatum est, quia cum Verbo Auxiliari *Avoir Activam* habet significationem, & cum Verbo *Etre* in propriâ suâ significatione accepto *Passivam*, ut: *j'ai aimé* amavi, *je suis aimé* amatus sum.

Cum Verbo *Avoir*, absque ullo præcedente *Pronomine in Accusativo*, positum, nullam patitur variationem, neque à

No-

Nominativo Verbi, neque à *Casu* quem regit, ut: *il a aimé* ille amavit, *elle a aimé* illa amavit; *ils ont aimé* illi amaverunt, &c.

Ita, *Il a abandonné Dieu & son Église*, defecit à Deo suo & ab Ecclesiâ.

Elle a plus chéri ses richesses que ses belles qualités, magis illa adamavit divitias, quàm ejus egregiam indolem.

Si autem *Pronomina* Relativa, aut Personalia *in Accusativo*, ut *que*, *le*, *la*, *les*, aut *me*, *te*, *se*, *nous*, &c. regantur à *Verbo*, tunc *Participium* convenit in Genere & Numero cum *Accusativo*, ut: *La lettre que j'ai envoiée* epistola quam misi. *Les amis que j'ai cherchés*, amici quos quæsivi.

J'ai cherché la paix, & je l'ai trouvée quæsivi pacem, & eam inveni.

Excipe primò, nisi exinde oriatur ambiguitas quæ facile aliter tolli non possit, quàm utendo Indeclinabili *Participio*, ut patet ex Exemplo quod refert Doctissimus Dominus *Desmarais* in dict. Grammat. pag. 464. *je les ai rangés dans mon cabinet.*

Excipe secundò, quando *Participium passivum* regimen suum extendit ad *alium Accusativum*, vel ad *Verbum* aliquod proxime subsequens in *Infinitivo*; sive exprimatur *Verbum* illud, sive subaudiatur.

Exempla brevitatis causâ omittimus, præsertim quia magis juvabit ea apud Eundem *D. Desmarais* inspicere: habentur ibi pag. 472. & seqq.

Circa hanc allatam Exceptionem quæ ad *Verbum in Infinitivo subsequens* attinet, vide nonnullas Observationes in dicta Grammat. pag. 478. & seqq.

Circa Exceptionem allatam in *Participio passivo* quod regimen suum ad *alium subsequentem Accusativum* extendit, observandum est eam habere etiam locum quando *Participium* regitur à Verbo, *Estre*, accepto pro Verbo *Avoir*: Hinc in *Verbis Reciprocis* Participium quod ad *alium Accusativum* regimen suum extendit, debet esse Indeclinabile.

Hoc patet ex Exemplis sequentibus, ut: *nous nous sommes rendu puissans*, nos potentes præstitimus.

Elle s'est rendu puissante par le Commerce, præstitit se potentem per Commercium.

Elle s'est fait religieuse, facta est religiosa.

Nous nous sommes vû trompés de nos amis nos à nostris amicis deceptos invenimus.

Dissentiunt Alii; verùm tamen hanc quam proposui Opinionem tuetur ac proponit etiam *D. Desmarais* in dictâ

Gram-

Grammat. pag. 485. & seq. junct. ibid. pag. 481. & seqq. ubi Dissentientium rationes refutat.

Rectè tamen interdùm dicitur, *la desobéissance s'est trouvée montée au plus haut point*, *ils se sont trouvés capables*, *elle s'est trouvée guérie*, *elles se sont trouvées innocentes*; scilicet quandò in his & similibus Exemplis, Verbum *Etre* in propriâ accipitur significatione; secùs si pro Verbo *Avoir* usurpetur. Vide *D. Desmarais* dict. loc. pag. 485.

Excipe tertiò *Participia* passiva *Verborum* quæ *Impersonaliter* cum Verbo *Avoir* adhibentur: Nam verbi gratiâ dicendum est, *les grandes pluies qu'il a fait*, non *qu'il a faites*, grandes pluviæ quæ deciderunt, vel defluxerunt.

Idem observat *D. Desmarais* in dict. Grammat. pag. 476. & Reverend. Pater *Buffier* in suâ Grammat. pag. 241.

Excipe quartò *Verborum* quorumdam *Participia*, quæ *Indeclinabilia* esse suprà observavimus, in Cap. 7. de *Verb. Irregular.*

Excipe quintò in hac & simili locutione, *la valeur d'Alexandre a la terre conquise*, terram devicit Alexandri bellicosus animus. Vide *D. Desmarais* in dict. Grammat. pag. 465. & 469.

Excipe sextò, quando Verbum præcedit Nominativum suum; siquidem tunc *Participium* nec *Generi* nec *Numero* Substantivi convenit, ut:

Les bontés que m'a témoigné votre générosité, humanitates quas generositas tua mihi testata est; *la lettre que m'a aporté votre frére*, Epistola quam attulit ad me frater tuus.

Putant nonnulli hanc Exceptionem tunc tantùm habere locum, quandò Pronomen relativum (*Que*) pro *lequel*, vel *laquelle* adhibetur:

Hinc dicunt *le malheur ou l'a retenuë* (non *retenû*) *son erreur*, miseria in qua error suus retinuit illam.

Le danger ou les a exposés (non *exposé*) *sa*. . . periculum cui exposuit illos sua.

Sic quandò *Cela* tenet locum Nominativi, quamvis præcedat Verbum, volunt *Participium* esse indeclinabile, ut: *la peine que cela vous a donné*, labor quem hoc tibi attulit.

pas que je Ne l'aie dit, non nego quin hoc dixerim, & non *que je l'aie dit*, ita: *Il fait aujourd'hui plus chaud, qu'il ne faisoit hier*, est hodiè magis sudum quam heri; *Nous avons cette Semaine plus de bonheur, que nous N'en eumes la Semaine passée*, Hâc Septimanâ fæliciores sumus, quam Septimanâ præteritâ, in quibus *Negatio* non potest abesse.

His adde *Sans chercher nul chemin*, nullum quærendo iter.

Nul homme ne peut éviter par quelque soin, & quelque précaution que ce soit, la malignité des soupçons injurieux, nemo potest deflectere à suspicionibus injuriosis, licèt maximam adhibuerit curam.

Hæ expressiones longè elegantiores sunt, ac si diceremus, *Aucun chemin*, *Il n'y a pas un homme, qui puisse* &c.

De his Pronominibus, *Nul*, *Aucun*, vide plura apud *D. Desmarais*, in dict. Grammat. pag. 312. & seqq.

Nu-pieds, nu-jambe; vide infra sub literâ *P*.

Il n'est, & *Il n'y a*, benè sunt notanda.

Utimur, *Il n'est*, dum sequitur negatio *Point*, ut: *Il n'est point de femme si* &c. Non est, vel non datur mulier adeò &c.

Vel quandò sequitur, *Que*, cum particu-

là (De) & *Infinitivo*, ut: *Il n'est que de se montrer généreux*, nil præstantius est quam se generosum præstare.

Vel etiam quandò sequitur, *rien de*, vel *rien qui*, ut: *il n'est rien de si doux, de si agréable, il n'est rien qui me plaise plus, & que j'estime, &c.*

Si verò post, *rien*, sequatur aliqua ex his Præpositionibus, *à*, *pour*, *sur*, *sous*, *dans*, &c. utendum est, *il n'y a*, non *il n'est*, vel cum, *que de*, ante Nomina, *il n'y a rien pour vous; il n'y a rien dans ce monde, il n'y a que de la misére, il n'y a que des enfans.*

De his *Impersonalibus Verbis*, plura jam habuimus suprà, pag. 124. 126.

Il n'y a rien de tel, vel *rien tel*: vide infrà sub literâ T.

O.

Occasionner ansam præbere, an valet? Vide pag. 253.

Obéïssance, obedientia; caret *Plurali Numero*.

On pro *l'on*, vide ea quæ diximus pag. 152.

Onguent unguentum, tantùm de *Medicamentis* dicitur, & non de *Suffimento*, seu Gallicé, *Parfum*.

Dicitur, *Ortographe* Ortographia, *Orte-*

tographier recte scribere, & non Ortographer.

Outre cela, valet, non *Outre ce*, præterea.

Oeuvre, pro ingenii productione, est Masculini Generis, ut: *mettre un bel Oeuvre en lumière*, egregium opus in lucem edere. Pro actione, est fœminini Generis, ut: *faire une bonne oeuvre*, bonum opus facere, *donner l'aumone, c'est faire une oeuvre de charité*, Elemosinam dare, est charitatis opus exercere.

Le grand Oeuvre, id est, *la pierre Philosophale*; semper *Masculinum*, ut: *travailler au grand Oeuvre*, Operam dare Lapidi Philosophorum.

Mettre en Oeuvre, figuratè sumptum, est elegans pro impendere, seu *employer*, ut: *Mettre toutes sortes de remédes en oeuvre*, Omnibus uti remediis.

La Nature fait le mérite, & la Fortune le mêt en oeuvre, Natura meritum facit, & Fortuna illud impendit.

Oeuvres, in *Plurali*, semper *Fœmininum* est, ut: *Faire de bonnes Oeuvres*, facere bona opera, *Avoir toutes les Oeuvres de quelqu'un*, habere omnia opera alicujus.

Ouvrage, pro productione Naturæ, Manus, Fortunæ. &c. *Masculinum est*, ut: *Le septiéme jour Dieu cessa de travailler*

au grand Ouvrage de la création du monde, Septimo die Deus cessavit ab opere creationis mundi.

,, *Ouvrage de l'Esprit*, id est omne id quod adinvenitur in *Artibus* & *Scientiis*.

Ouvrage d'Esprit, est opus boni ingenii.

P.

Paire, vel *Couple* par; vide supra pag. 88.

Pardonnable veniæ dignus.

Se mettre en Parallèle avec une personne, id est comparari cum aliquo, seu se assimilare alicui.

Parricide, dicitur, de eo qui occidit *Patrem*, *Matrem*, *Principem suum*, & alios superiores. *Matricide*, vix usitatur.

Fratricide videtur posse dici de eo qui occidit suos æquales.

Particularité, non *Particuliarité*, ut: *Dire toutes les particularités d'une afaire*, Rei gestæ capita singula persequi.

Partir discedere; usurpatur dum *ex uno loco ad alium remotum* aliquis proficiscitur, & semper construitur cum *prepositione*, *Pour*, dum *Motum ad locum* significat, ut: *Partir pour la France*, *pour Amsterdam*, *pour la Haïe*, Discederre in Galliam, Amstelodamum, Hagam.

Sortir verò, dum aliquis non egreditur *Civitate*, aut non proficiscitur.

Pas,

Pas, *point*, non; vide infrà Cap. 5. de *Adverb. Negat.*

Passionner quelqu'un, aliquem magnò amore prosequi, non valet. Vide pag. 253.

Se passionner, irasci, irâ commoveri; vide eandem pag. 253.

Peine, *sous peine*, *sur peine de la vie*.

Penser, judicare, cogitare, sentire; vide pag. 248.

Personne, pro Nemo, aut pro Persona; vide suprà, Cap. de *Pronom. Indefinit. Absolut.* pag. 115.

Dicitur: *Il n'a pas voulu parler, de crainte*, vel *de peur*, *de se rendre suspect à Monsieur*, noluit loqui, ne se suspectum redderet Domino: Non *Crainte*, vel *Peur*.

Les Pieds nuds, nudis pedibus; *nu-pieds*, præstantius est: Dicitur etiam *nu-jambe*.

Partant ideò, non adeò elegans est ac *par Conséquent*, *Donc*, *C'est pourquoi*.

Par, *Pour*, elegantissimè usurpantur in his *Phrasibus*: *On entra en discours par sè louanges*, ab ejus laudibus sermonem aggressi sunt.

Voila un superbe Portail pour une si chétive maison, ecce superbum porticum pro adeò miserâ domo.

Il a été assez sot toute sa vie, pour l'ê tre encore apres sa mort, stultus fuit satis totâ vitâ suâ, ut sit adhuc post mortem.

Vous étiez pour me fraper; dicendum est, *sur le point de me fraper*, jam me percussurus eras.

Jouër une Piéce à quelqu'un, dicitur, aliquem circumvenire, vel *Faire une piéce*.

Plaire placere; an dicendum, *ce qu'il vous plaira*, vel *ce qui vous plaira?* vide pag. 258.

Pleurs, & larmes, vide pag. 272.

Plier, vide pag. 30.

Plus il boit, Plus il a soif, quo magis bibit, eò magis sitit; melius est, quam *tant plus il boit, tant plus il a soif*.

Plusieurs femmes, non *plusieures*, plures fœminæ; nam *plusieurs* est semper *Generis communis*, ut dictum est suprà Cap. *de Pronominibus Indefinitis*.

Pouvoir mais, il n'en peut mais, huic malo mederi non potest, hoc culpâ ejus non accidit.

Aliqui putant, *mais*, hic pro, *mes*, (Germanicè & Belgicé *Miss*, Anglicè *Mis*, malum, erratum, malè factum) introductum atque usurpatum fuisse. Hanc Opinionem amplecti videtur *D. Desmarais* in dict. Grammat. pag. 560. & seq.

Pré-

Précipitamment, dicitur, præcipitanter; non verò, *Précipitement*, nec *Précipitemment*.

Premier que je parle, antequam loquar, non est amplius in usu; loco illius dicitur: *Avant que je parle, que j'arrive.*

Prétexter; vide pag. 253.

Prier à dîner, significat invitare ad Prandium.

Prier de dîner, hoc est, *casu fortuitò* rogare ut nobiscum prandere quis velit.

Prochain, *Voisin*, vicinus, carent Comparativo gradu; dicito, *plus proche*, *tres proche*.

Proche, pro *Parens* aut *Parentes* Latinorum non usurpatur juxtà D. de *Vaugelas*: Quamvis plurimi Celeberrimi Auctores eo utantur in eâ significatione, ut: *Plusieurs de ses Proches y sont enterrés* multi ex ejus Parentibus sibi sunt terræ mandati.

Mes Proches se sont éloignés de moi, mei parentes à me defecerunt.

Proportionner; vide dict. pag. 253.

Propreté, id est, puritas.

Propriété, id est, rei alicujus proprietas vel dominium: Accipitur etiam aliquandò pro *dote*, vel *qualitate*.

Q.

Quant & quant, est ex usu, *En même tems*, eo ipso tempore.

Quant à moi, non est tam *elegans* quam *Pour moi*, quantum ad me.

Quatre-vingt, octoginta: In *Quatre-vingt un* non pronunciatur (*t*) sed dicitur *Quatre-vin un* ut observat Reverend Pater *Buffier* in suâ Grammat. pag. 395.

Quatre-vingt, ante *Substantivum* à Vocali incipiens, recipit (*s*), ut: *Quatre-vingts hommes*, *Quatre-vingts écus*, octoginta homines, nummi; quamquam dicatur *Vingt hommes*, non *Vingts hommes*, ut observat Idem Reverend. Pat. dict. loc. & ibid. pag. 437.

Dicendum est *Quatre-vingt onze* nonaginta & unum, non *Quatre-vingts onze*; quamquam sequatur Vocalis.

Quemadmodum antè *Substantivum* à Vocali incipiens dicimus, *Quatre-vingts* cum (*s*), sic dicendum est eodem casu, *six vingts hommes* sexies viginti homines; aliàs dicitur, *six vingt*, ut videre est apud Eundem Patrem *Buffier* dict. pag. 395. & 437.

Quelque pro, *circiter*, absque (*s*) scribitur, etiam in Plurali Numero, ut: *ils étoient quelque cinquante mille hommes*, circiter quinquaginta millia hominum erant. Vide suprà pag. 112.

Quelque, aliquis, aliqua, an recipit apo-

apostropham ante dictionem à *Vocali* incipientem? Conjice ex dictis pag. 33.

Dicitur: *C'est une chose à quoi je pense le plus*, non *à Qui*, neque *à laquelle*, res est cui maximè incumbo.

Hîc in memoriam revocandum est, quòd dum *Relativum* refertur ad res *inanimatas*, utendum sit *Quoi*, & non *Qui*, ut: *C'est le plus grand défaut à Quoi il est sujet*, maximum est vitium cui obnoxius est, non *à qui*.

Ce sont des choses à Quoi il faut songer, res sunt quibus incumbendum est, & non *auxquelles*.

Ratio est, quia hæc *Relativa* nimis aspera sunt, auremque offendunt: Undè loco *Genitivorum*, aut *Ablativorum*, *Duquel*, *De laquelle*, *Desquels* utimur *Relativo*, *Dont*, in omni *Genere*, & in *utroque Numero*; pro rebus vero animatis utendum, *Qui*, & non *Quoi*.

Vide omnino ea quæ diximus de Pronomine *Quoi*, pag. 102.

Que, est particula plurimum usitata & valdè frequens in nostrâ linguâ: Itaque curiosè vis illius inspicienda, & præprimis in ejusmodi exemplis, ubi elegantissimè reperitur.

Ce n'est par tout Que Joie, Que Pompe, Que Magnificence, gaudium est ubique.

que, pompa, magnificentia.

C'est ce qui donne de la peine, Que cette multitude d'opinions, Ista confusio opinionum magnam creat molestiam.

C'est à demi fait, Que de bien commencer, dimidium facti, qui benè cepit, habet.

Qui, pro *lequel*, in Interrogativis Pronominibus, quandò usurpandum sit, vide in Cap. de *Pronomin. Interrogativ.* pag. 111.

R.

Rais radii, dicuntur de Lunâ, *Raïons* de Sole: Posset tamen dici etiam *Raïons* de luna.

Et de ses Rais fait honte aux Raïons du Soleil, suis radiis obfuscat radios Solis.

Réciproque, juxtà D. Vaugelas refertur ad *Duos* tantum.

Mutuel, mutuus, ad *Plures*.

Se Réconcilier, construitur cum *Avec*, & non cum (*a*), ut: *Se Réconcilier Avec quelqu'un*, non *à quelqu'un*, cum aliquo pacem inire.

Recouvert, & *Recouvré*, recuperatus, sunt in usu: Interim *Primum* tantummodò in nonnullis Phrasibus adhùc usitatur, ut videre est apud *D. Desmarais*, in dict. Grammat. pag. 395. & seq.

Ré-

Régaler, donare, versatur nunc in ore omnium Oratorum.

Regarder vide pag. 262.

Se Repentir pœnitere. In hoc *Verbo* Pronomen *se* considerandum est quasi in Accusativo, ob ea quæ habet D. *Desmarais*, in dict. Grammat. pag. 248.

Hinc, ut vidimus suprà, pag. 210. dicendum est, *s'il y a quelqu'un qui nous en veuille, je l'en ferai repentir*, si quis nobis adversari velit, ut id eum pœniteat efficiam.

A la réserve de, excepto &c. dicitur, non *à la Réservation de.*

Rival, rivalis, dicitur, non *Corrival.*

S.

Hæc Phrasis, *Il mangeoit Sans distinction de viandes*, est elegans, omnes indifferenter comedebat cibos.

Dicitur, *Mettez ce Tableau de ce Sens-la*, suspende istam picturam isto modo; unde juxtà Nonnullorum opinionem, venit modus loquendi, *Sens, Dessus dessous*, confusè: Licèt D. de *Vaugelas* velit ut scribatur & derivetur, *Sans Dessus Dessous*, sine superiore aut inferiore parte; quasi scriberetur, *il n'a ni dessus ni dessous*, nec superiorem nec inferiorem habet partem.

Cum *D. de Vaugelas* facit *D. Desmarais* in

in suâ Grammat. pag. 522. & Reverend. Pater *Buffier* in dict. Grammat. pag. 275.

Savoir, in ejusmodi Phrasibus cum *Infinitivo* construitur: *Il marcha contre les ennemis, qu'il savoit avoir passé la Riviére*, Ille progressus est ad hostes quos sciebat trajecisse Fluvium.

Il récompensa ceux qu'il savoit avoir secouru son fils, remuneravit illos quos sciebat auxilium tulisse filio suo.

Non verò, *Il marcha contre les ennemis qu'il Savoit qui avoient passé la Riviére.*

Sécurité, dicitur pro animi tranquillitate. Vide pag. 264.

Sentir, pro *olere*, construitur cum *Adjectivis*, *bon*, *mauvais*, & non cum *Adverbiis*, *bien*, *mal*, ut: *cela sent bon* illud benè olet, *ceci sent mauvais* hoc malè; non *cela sent bien.*

Séptante septuaginta; non est in usu extrà *computandi* rationem; nisi quandò *Septuaginta Bibliorum Interpretes* indicare animus est.

Ridiculum enim foret si diceremus *les Soixante dix Interprétes.*

Servir, cum *Accusativo*, & non cum *Dativo* construitur, ut: *Servir les Etats*, Ordinibus servire.

Dum significat Prodesse, *être utile*, cum *Dativo* construitur: ut; *cela sert à beau-*

beaucoup de choses, illud prodest multis in rebus:

Se Servir, uti, construitur cum *Ablative*; ut: *Se servir de son Autorité*, uti suâ autoritate.

Signal, signum, dicitur de *signo* quod in *bello* datur, vel de eo quod fit ordinariò ex deliberatione quâdam, ut: *donner le Signal*, signum dare.

Signe dicitur, quando *capite* annuitur, vel *manu*: ut: *faire Signe à quelqu'un*, annuere alicui.

Sortir egredi; de hoc *Verbo*, vide ea quæ jam diximus pag. 278. Adde etiam pag. 168.

Le soupé cœna, non *le Souper*, *l'apres-soupé* tempus quod post cœnam superest.

Dicitur melius, *je me souviens*, quam *il me souvient*, recordor, *il faut les faire souvenir*, non *leur faire*, oportet illis in memoriam revocare; dicitur enim, *faire souvenir quelqu'un de sa promesse*, non *faire souvenir à quelqu'un*, efficere ut aliquis promissorum suorum recordetur.

Toute sorte, cum *Genitivo Singulari* ponitur, & *toutes sortes*, cum *Genitivo Plurali*, ut: *toute sorte de félicité* omne genus fælicitatis, *toutes sortes de maux* omnia genera malorum.

Sous

Sous les armes, & *en armes*, bona sunt & fere ejusdem significationis: *Sous les armes*, id est, armis instructus: *En armes*, in armis, seu præsto ad confligendum: *Sur les armes*, non dicitur amplius.

Etre Souillé, vel *Taché d'un vice*, vitio coinquinatum esse, dicitur, non *Entaché*; melius est, *Entiché*.

Sous peine, *sur peine*, *sous telle condition*.

Sur le minuit, nunc est in usu; *Sur la minuit*, circa mediam noctem, non valet.

Minuit Sonné, mediâ nocte auditâ; non *Minuit Sonneé*: Vide pag. 70.

Survivre, cum *Accusativo & Dativo* construitur, ut: *Survivre ses enfans*, & *à ses enfans*, superesse liberis suis.

Suspect suspectus, *Passivè* sumitur.

Soupçonneux suspiciosus, *Activè*.

T.

Tandis que vous ferez cela, je ferai ceci, dicitur, intereâ dum illud facies, hoc facturus sum, non verò, *faites cela*, & *tandis je ferai ceci*.

Taxer, accusare; vide pag. 257.

Il n'y a rien de tel, non *rien tel*, nihil simile datur: Rationem vide apud *D. Desmarais* in dict. Grammat. pag. 517.

Alii tamen dissentiunt, & putant recte dici, *il n'y a rien tel*, nituntur que

hâc

hâc ratione, quia scilicet rectè dicitur, *il n'est rien tel.*

Tempérament, & *Température*. bona sunt; *Primum* demonstrat *Statum Personarum*, *aut Rerum.*

Alterum verò, *Dispositionem Aeris.*

Terroir, *Territoire*, *Terrain*, differunt in eo, quod *Primum* significet terram quæ fructus producit; *Secundum* jurisdictionem; Et *Tertium* locum aptum ad fortificationem.

Tirer en longueur, *tirer de long*, *Aler en longueur*, dicitur de remorâ negotii alicujus.

Dicitur hodiè, *Tomber à Terre*, *par Terre*, *& entre les mains de quelqu'un*, cadere in terram, in manus alicujus.

Veteres dicebant, *Tomber lés mains*, vel *aux mains des ennemis*, incidere in manus inimicorum.

Trancher, *Tailler*, *Couper*, idem quidem significant, sed eorum usus est diversus; dicitur enim *Couper les cheveux*, *Couper du bois*, *Couper un bras*, *une jambe*, *la gorge*, Tondere capillos, succidere lignum, scindere brachium, pedem, jugulare.

Tailler de la pierre, secare calculo, *Tailler un habit*, *une plume.*

Metaphoricè, *Tailler*, *Tailler du grand*, se æstimare.

Tout, pro *quamvis*, *omninò* &c. vide pag. 114. & ibi dicta.

Trancher, exsecare, ut : *Trancher la tête*, capite plectere. Confer infra *Cap.* 17. sub *literâ* T.

Transfuge, plus exprimit quàm *Déserteur*, Transfuga : *Transfuge*, is est qui non tantùm à suis deficit, sed & qui pro hostibus arma adversùs suos gerit.

A travers, *au travers* ; vide pag. 256.

V.

Non ampliùs dicitur, *Sa force va croissant*, ipsius vires augentur ; *Saint Paul va disant*, Paulus dicit : Verùm simpliciter *Sa force croît*, *Saint Paul dit*.

Hâc ergo locutione non est ampliùs utendum, nisi in *Motu Reali*, ut : *La rivière va serpentant* ; fluvius contorto modo fluit ; seu in sensu *Metaphorico* ; ut : *le mal va toujours croissant*, malum semper augetur.

Dicito : *Il a mille écus Vaillant*, non *Valant*, possidet mille Joachimicos, licèt *Valant* veniat à *Valoir*, & dicatur *j'ai quatre Chevaux Valant cent Ducats*, habeo quatuor equos valentes centum Ducatos.

Dicitur : *Le Vent de Midi*, vel *du Midi*, ventus Meridionalis, *Du côte d'Orient*, à parte Orientali.

Vers, refertur ad *Locum*, & ad *Personam*,

nam, ubi ea sub ratione *loci* consideratur, ut: *il s'est avancé vers lui*, progressus est ad eum; *il s'est tourné vers la Ville*, convertit se ad Civitatem. *Envers* verò ad *Personam*, ut: *Il a une grande Vénération envers son Pére*, veneratur Parentem suum.

Vingt, viginti, recipit aliquandò (*s*;) ut diximus supra, pag. 282. sub *litera*, Q.

Vingt & un construitur interdum cum *Numero Singulari*, ut: *vingt & un an*, *vingt & un jour*, *vingt & une semaine*, *vingt & un ecu*, viginti unus annus, dies, nummus; & ità de aliis Nominibus quæ certas partes *temporis*, aut *moneta*, exprimunt: Aliàs debet construi cum Plurali Numero: ut *vingt & un hommes*, *trente & un chevaux*, viginti, & unus homo, triginta & unus equus. Si autem sequatur *Adjectivum*, post *Vingt & un*, refertur ad totum numerum, ut: *j'ai vingt & un an accomplis* ætatis sum viginti unius anni.

Ita docet Reverend. Pat. *Buffier* in dict. Grammat. pag. 437. Nonnulli tamen existimant posse in utroque casu construi Numerum pluralem cum *Vingt & un*.

A la Vérité n'a-t-il pas grand tort? Reverà nonnè injustus est? Meliùs, *En Vérité*, vel *à dire la Vérité*.

Vieux, an *vieil* in Singulari dicatur, diximus suprà; scilicet pag. 31. in fin.

Voië, pro viâ, non dicitur nisi de itineribus publicis Antiquorum, ut: *La Voië d'Appius*, via Appii.

1. *Propriè* dicitur loquendo de *Venatione*, & est vestigium bestiæ, ut: *mettre les chiens sur les voiës de la-bête*, canes ducere in vêstigia bestiæ.

2. *Figuratè* sumitur, ut: *remettre quelqu'un dans la voië du salut*, in viam salutis reducere.

Sumitur etiam pro *modo*, seu *medio*, quo aliquid fit, ut: *quelle voië prendrez-vous pour y parvenir?* quo medio utêris ad illud obtinendum?

Voir, videre Vide pag. 262.

Vous & moi. Vide pag. 245.

CAP. XVII.

De formulis quibusdam, seu Gallicismis

Aler, Venir.

Hæc Verba elegantissimè veniunt in usum.

Aler, exprimit rem quæ *instat facienda*,

da, aut *dicenda*, ut: *Je lui Vais faire savoir*, ei jam significaturus sum.

Vous lui Alez parler, jam ei locuturus es.

Venir, denotat rem *jam modo factam*; ut: *Je Viens de lui écrire*, jam jam ad eam scripsi.

Nous venons de le saluer, jam modò eum salutavimus.

Avoir beau.

Hæc formula idem ac *frustrà* significat, ut

Vous Avez beau m'écrire, frustrà ad me scribis.

Il a beau le poursuivre, frustrà eum prosequitur.

,, *n'avoir pas le sou*, *la maille*, ne quidem stuferum habere.

Assister.

Assister quelqu'un, auxiliari alicui.

Assister en quelque chose, aliquem juvare in aliquâ re.

Cracher.

Cracher au nez à quelqu'un, aliquem vilipendere.

Cracher au bassin, pecunias invitus & contrà voluntatem dare.

Se Défaire.

Se Défaire de quelque chose, aliquid à se amovere.

Je me suis défait de tous mes ennemis, omnes à me inimicos amovi.

Défaire une armée profligare exercitum.

Se défaire soi-même, sibi-ipsi violentas inferre manus.

Donner.

Donner du nez en terre, cadere, malè succedere.

Donner carrière à son cheval, equo permittere habenas.

Se donner carrière, licentiorem vitæ rationem amplecti.

„ *Fournir sa carrière*, cursum absolvere.

Donner les mains à &c. rei cuipiam favere, vel consensum præbere.

Douter.

Douter de la Foi, dubitare de fide.

Se douter de quelque chose, rem aliquam suspicari.

Etre.

Etre à jeun, esse jejunum.

Etre des nôces, frequentare nuptias.

Etre de la partie, esse ex numero.

C'est à moi, meum est.

Fail-

Faillir, Penser.

Hæc pro *ferè* usurpantur, ut: *j'ai failli de tomber*, ferè cecidi.

J'ai pensé mourir, ferè vitam cum morte mutassem.

Faire.

Faire accroire, persuadere quod falsum est.

Faire à sa fantaisie, Consilium à se capere.

Faire à son plaisir, explere animum.

Faire à savoir à quelqu'un, edicere alicui, meliùs *faire savoir*.

Faire le bel Esprit, puchra verba dare.

Faire de Nécessité Vertu, tempori inservire.

Faire du mieux qu'on pourra, consulere sibi ipsi, vel quidquid in se erit facere.

Faire un chef d'oeuvre, tyrocinia ponere.

Faire connoître, manifestum reddere.

Faire mal à propos, ineptire.

Faire de cent sous quatre, oblimare bona.

Faire le mauvais garçon; iracundi hominis partes agere.

Se Faire tenir à quatre, furibundum agere.

Faire du Prince, du Roi, du grand Maître, Principem, Regem agere.

Faire le suffisant, potentem se jactitare.

Faire & tenir pour quelqu'un, ſtare à partibus alicujus.

Faire faire, curare fieri.

Se Faire faire un manteau, ſibi pallium curare fieri.

Faire le fou, ſcurrantis ſpeciem præbere.

Se Faire fort de &c. ſe capacem exiſtimare, ſibi certò polliceri, confidere.

Faire venir, advocare.

Faire mourir, morte afficere.

* *Faire des petits*, parere, aut parturire.

Faire du bien à quelqu'un, alicui benè facere.

Faire la Leſſive, mundare.

Faire ſavoir, notum facere.

Faire ſemblant, ſimulare.

Faire ſouvenir, in memoriam vocare.

Faire tant qu'il meure: ad mortem perducere.

Faire tenir, dari, ſeu tradi curare.

Faire trouver bon ſon afaire à quelqu'un, probare rem ſuam alteri.

Avoir à Faire, occupari.

Avoir à Faire à quelqu'un, cum aliquo rem habere.

Avoir à Faire de quelqu'un, alicujus ope indigere.

Alii dicunt, *avoir afaire*, non *à faire*, *à quelqu'un*, rem cum aliquo habere.

Sic dicunt, *avoir afaire de quelqu'un*, non

non, *à faire de quelqu'un*, alicujus ope indigere.

Utrumque reperitur apud *Probatos Autores*; adeoque indifferenter usurpandum videtur.

Je n'ai que faire avec vous, nil mihi tecum est negotii.

Nous n'avons que faire, feriamur.

C'est un homme qui n'a que faire, est vir otiosus.

Je n'en ai que Faire, non indigeo.

Cela lui Fait grand mal, illud ipsi nocet.

Ceci me fait grand bien, hoc mihi favet, vel commodum est.

C'est à moi à Faire, res mea agitur; vel meum est agere.

C'est a vous à Faire seulement, in te solo situm est.

C'est Fait de lui, de ipso actum est.

Y a-t-il tant à Faire? est-nè res tanti momenti?

Je n'en Ferai rien, non faciam.

C'est Fait de moi, actum est de me.

Aussi tôt dit, aussi tôt fait dictum ac factum,

A quoi Faire, à quoi bon! ad quid hoc?

C'en est fait, actum est.

Gaigner. Graisser.

Gagner au pied, fugere.

Graisser la patte, pecuniis aliquem in partes suas attrahere.

Jouër.

Jouër son personnage, agere personam.

Louër.

Se Louër de quelqu'un, contentum esse de aliquo, eum laudibus efferre.

Malgré.

Malgré moi, me invito.

Malgré qu'il en ait, *Malgré lui*, invito ipso.

Manquer.

Manquer d'amis, amicis carere.

Marcher.

Marcher du pair, parem occupare gradum.

Passer.

Se passer de quelque chose, aliquâ re abstinere.

Se passer de peu, paucis contentum esse.

Penser pro *Faillir.*

Vide suprà, sub *literâ*, F. pag 295.

Piquer.

Se Piquer d'honneur, affectare honorem.

Se-

Se Piquer de peu de chose, offendi leviſſimâ de cauſâ.

Prendre.

Prendre à cœur, advertere, vel aliquâ re tangi.

Prendre à partie, aliquem accuſare.

Prendre à témoin, atteſtari.

Prendre en haine, odium alicujus capere.

Prendre garde à ſa condition, conditionem ſuam reſpicere.

Prendre en bonne part, in bonam partem interpretari.

Prendre en mauvaiſe part, ſecùs interpretari.

Prende en gré, accipere æquo animo.

Prendre pour juge, judicem deligere.

Prendere ſur ſoi, in ſe recipere.

Il lui en a bien pris, res ei benè vertit.

Se Prendre, *ſe Mettre à rire*, *à pleurer*, in cachinnum, in fletum ſe dare.

Se prendre à faire, opus ſuſcipere.

Prendre en cul, aggredi.

Vous me prenez de bien près, me urges maximè.

S'en prendre à quelqu'un, aliquem accuſare alicujus rei.

Répondre.

Répondre à quelqu'un, alicui respondere.
Répondre de quelqu'un, pro aliquo spondere, aut fidejubere.

Revenir.

Cela ne me Revient pas, illud non placet.
Ce livre me Revient à soixante sous, hic liber mihi constat tribus florenis.

Tenir.

Il ne Tient pas à vous, non per te stat.
Je ne Tiens pas de vous, non pendeo à te.
Vous ne tenez rien de votre mére, dissimilis es matri tuæ.
Il se tient à peu de chose, pro nihilo conditionem recusat.
Nous nous tenons ici proche, hinc non procul habitamus.
Il ne tient aucune promesse, nullis stat promissis.
J'en tiens, captus sum.

Tirer.

Tirer à la fin, expirare.
Tirer à quelque chose, ad aliquid tendere.

Tran-

Trancher.

Trancher du brave, du Gentil-homme, superbum, Nobilem agere.

Trancher nèt, court, distinctè, breviter loqui.

Venir.

Il en est venu à son honneur, gloriosè rem executus est.

Venir à bout d'une affaire, rem feliciter absolvere.

Venir à bout de son ennemi, inimicum superare.

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

De Adverbiis.

ADVERBIA in usum venerunt brevitatis causâ, & ut unâ dictione res efferri posset, quae aliàs cum *Nomine* & *Praepositione* exprimi deberet, ut: *Sagement*, id est, *avec Sagesse*, Sapienter.

Nunc verò saepe elegantius utimur *Nomine* cum *Praepositione*, quam *Adverbio*. Itàque potius dicemus *avec Prudence*, *avec Modération*, quàm *Prudemment*, *Modérément*: Non quod *Adverbiis* omninò sit abstinendum; sed quod iis consultè, & ad exemplum *Commendabilium Auctorum* sit utendum.

1. *Adverbia* à *Praepositionibus* differunt in eo, quòd *Praepositiones* semper post se casum habeant, *&* *Adverbia* non.

Verum est quidem *nonnullas Praepositiones* Adverbialiter usurpari, & sine casu post se construi, ut; *Marchez devant &* *j'irai apres*, praei & sequar: sed in hoc loco *Devant* & *Apres* fiunt *Adverbia*; Aliàs dicendum foret, *marchez devant moi*, *& j'irai apres vous.*

Dixi

Dixi *nonnullas Præpositiones*; nam *Avec* cum, *Sur* super, *Sous* sub, *Dans* in, & *Hors* extrâ, nunquam *Adverbialiter* sumuntur; sed semper *Præpositiones* manent. Dicendum est igitur, *Viendrez-vous avec moi?* Venies-ne me-cum? non *Viendrez-vous avec?* sic dicendum, *demeurez hors de la porte, & moi dans le logis*, sive *dehors*, & *moi dedans*, non *demeurez hors, & moi dans*.

2. *Adverbia Verbo* junguntur, & melius sequuntur, quàm præponuntur.

3. *Adverbia* non semper sunt *Simplicia*, ut: *hier* heri, *toûjours* semper, *jamais* nunquam; sed etiam *Composita* ex *Præpositione* & *Nomine*, aut alio *Adverbio*, ut: *Avant-hier* nudius-tertius, *au matin* manè, *apres-diné* post prandium.

Diversæ sunt eorum *Potentiæ*, quas pro majori facilitate *Discentium*, in diversa *Capita* redigemus.

CAP. II.

De Adverbiis Temporis, & *eorum usu*.

Quand, quandò.
Aujourd'hui, hodiè.

demain, cras
apres demain, perendiè,
hier, heri
avant-hier, nudius-tertius
le matin, manè
le soir, vesperi
de jour, interdiu
de nuit, noctu
à midi, meridiè
à minuit, media nocte
anciennement, antiquitùs
autrefois, olim
au tems passé, tempore transacto

dernièrement, *l'autre jour*, *depuis peu*, *nouvellement* } nuper

alors, tunc
dèslors, ab eo tempore
depuis, à, ab, è, èx
dès, à, ab, è, èx
cependant, intereà

présentement, *maintenant* } nunc

aussi-tôt, *tout d'un coup*, statim, repentè

en un clin d'œil, *en un tourne-main*, *en moins de rien* } illicò

souvent, sæpè

incontinent,
tout à l'heure } statim, nunc.
à cette heure,

jamais, nunquam
aussi tôt que, quam primum
toûjours, semper
tous les jours, quotidiè
tout le jour, toto die
à jamais, in æternum

de bonne heure } maturè
de bon matin

à point nommé, justo tempore
entre chien & loup, advesperascente tempore
à portes ouvrantes, summo manè
à portes fermantes, jam serò

au point du jour } diluculò
à la pointe du jour

Il est venu de ce matin, d'hier, d'aujourd'hui, advenit manè, heri, hodiè.

Le Lendemain altero die, dicitur, dum factâ mentione certi cujusdam diei, sequentem citamus, ut: *Le dixiéme du mois passé le Roi fit son entrée, & le lendemain il fut complimenté*, decimo die mensis præteriti, Rex introitum suum fecit, & sequenti die fuit exceptus. Potestque usurpari cum *Præterito* & cum *Futuro* Tempore; *Demain* autem cum *Futuro* tantum.

Usus

Usus Adverbiorum præcedentium cum Nomine.

Si fiat, aut fieri possit interrogatio per *Quamdiu.*

Respondendum in *Accusativo*, ut:

Combien avez-vous demeuré ici ? J'y ai demeuré quatorze ans, & peut-être que j'y demeurerai toute ma vië. Quamdiu hic mansisti ? Quatuordecim annis, & forsitan usque ad finem vitæ meæ manebo.

Ad Quæstionem factam per *Quandò.*

Respondetur quoquè in *Accusativo*, ut:

Quand viendrez-vous ? Quandò venturus es ?

Demain, La semaine qui vient, Dans trois jours. Cras, septimanâ sequenti, post tres dies.

Excipe partes *Diei* aut *Anni*, quæ in *Dativo* ponuntur, ut: *Quand partirez-vous ?* Quandò discedes ? *A trois heures, à midi, au soir, au Printems, au mois de Janvier*, Horâ tertiâ, meridiè, vesperi, in Vere, mense Januario.

Hi-

Hiver, Hiems, *Eté*, Æstas, *Automne*, Autumnus, postulant (*En*), ut: *en Hiver*, *en Eté*.

Ad Quæstionem, *Quo temporis spatio*, respondetur cum Præpositione (*En*) & *Nominativo*, *ut*:

L'Hôtel de Ville d'Amsterdam fut brulé en une nuit, unâ nocte in cineres redacta fuit Curia Amstelodamensis.

Usus eorundem cum Verbo.

Autrefois, olim, *Præterito* jungitur.

Un jour, aliquandò, *Præterito* & *Futuro*.

Tantôt, mox, *Quelque fois*, interdùm, *omnibus Temporibus*.

Pendant, *Avant*, *Lors*, intereà dum, usurpari debent cum (*Que*.)

Auparavant, *Alors*, *Cependant*, absolutè usurpantur sine (*Que*.)

Si tamen (*Que*) sequatur, ad *Verbum* præcedens referri debet, non ad *Adverbium*, ut: *Je vous avois bien averti auparavant*, *qu'il &c.* te benè anteà monueram, quòd.

Déja, jam, usurpatur in Phrasibus Affirmativis *præteritis*, ut: *je l'ai déja vû*, jam eum vidi.

En-

Encore, in *Negativis*, ut: *je ne l'ai pas encore vû*, nondum vidi illum.

In *Futuris Negativè* ſumptis utimur *Plus*, *Jamais*, *Pas*, &c. & nunquam *Encore*.

CAP. III.

De Adverbiis LOCI, *& eorum uſu.*

Où, ubi, quò
d'où, undè
par où, quà
ici, hìc
d'ici, hìnc
de là, indè
par ici, hàc
par là, illàc
là, ibi
céans, hìc intùs
autre part } alibi
ailleurs } alibi
nulle part, nullibi
quelque part, alicubi
par tout, ubiquè
à droite, ad dexteram
à gauche, ad ſiniſtram
deçà } cis
au deçà } cis
au de là, citrà

en haut, superiùs
en bàs, inferiùs
de céans, abhinc
jusques ici } huc usquè
jusqu'ici }
jusque là, eò usquè
plus outre, ùlteriùs,
par de çà, hàc
par de là, illàc
devant, antè
derriére, retrò
loin, procùl
de loin, eminùs
près, *bien près*: propè
de près, cominùs
dehors, forìs
dedans, intùs
dessus, super
dessous, infrà
vis-à-vis, è regione
à côté, ad latus.

Usus Adverbiorum motus.

Ou? ubi, vel Quò.

Quieti & Motui ad locum inservit, eique in *Dativo* respondendum cum *Articulo Indefinito*, si de *Propriis Urbium Nominibus* agatur, ut:—

On.

Où demeurez-vous? Ubì habitas?

Je demeure à Leide, à Paris, Lugduni, Parisiis.

Où allez-vous? Quò vadis?

Je vais à Amsterdam, Eo Amstelodamum.

Si de Nominibus *Apellativis*, aut *Propriis* ex *Appellativis* desumptis, agatur, utendum est *Articulo Definito*, ut:

Il est à l'Eglise, est in Templo.

Il va au logis, à la maison, it domum.

La Cour se tient à la Haie, Curia & Aula est Hagæ.

Si de Propriis *Regnorum & Provinciarum* Nominibus, utimur Præpositione, (*En*) ut:

Je demeure en Hollande, maneo in Hollandiâ.

Je vais en France, Iter facio in Galliam.

Deindè si *Pronomen Nomini* præponatur, ut:

Il va en son Jardin, it in hortum suum.

Nous demeurerons en votre maison, in ædibus tuis manebimus.

Ita, *les Damnés sont en Enfer, les Elus seront au Ciel.* Damnati sunt in Inferno, Electi erunt in Cœlo.

D'ou? Undè.

Ad Quæstionem, *D'ou*, respondendum est in *Genitivo*, ut:

D'où

D'où venez-vous? Undè venis?

Je viens du Jardin, des Champs, de Leide, de ma maison, de chez mon Frere, de chez Nous, Venio ex horto, rure, Lugduno, ex hospitio Fratris, ex ædibus meis.

Par où? Quà

Ad quæstionem (*Par où*) respondendum in *Nominativo*, repetendo *Præpositionem* (*Par*) ut:

Par où passerons-nous? quà transibimus?

Par la porte, Par Amsterdam, Par la Haïe, Par la France, Per portam, Amstelodamum, Hagam, per Galliam.

In quibus omnibus ratio curiosè habenda est *Articulorum*, quemadmodùm notatum est suprà: libro 2. Cap. 2. Observat. 7. & Cap. 3. Observat. 1.

Cap. IV.

De Adverbiis Quantitatis, & eorum Usu.

Combien? Quantum?
assez, satis
beaucoup, multum

du

du tout
tout-à-fait } omninò
entièrement

à demi, semì
infiniment, infinitè
merveilleusement, mirum in modum
peu, parum
trop, nimium
trop peu, nimis parum
moins, minus
plus, magis
davantage, plus
guére, vel *guéres*, parum

presque
~~*quasi*~~ } feré
à peu prés

pour le moins
au moins } ad minimum
~~*à tout le moins*~~

peu à peu
petit à petit } paulatim

tant soit peu, tantisper

autant
tant } tantum

si
aussi } tam, adeò

Hac

Hæc quatuor Ultima variis modis usurpantur.

Autant & *Aussi* locum habent in Oratione *Affirmativâ*, *Comparativè* sumptâ, ut:

Il a autant d'amis que d'ennemis, tot habet amicos ac inimicos.

S'il étoit aussi grand que Goliath, Aussi fort que Samson, & Aussi vaillant que David, je ne laisserois pas de l'ataquer, Si ipse esset æquè magnus ac Goliath, æquè fortis ac Samson, & æquè Generosus ac David, ego eum tamen invaderem.

Dum verò nulla fit Comparatio utendum est, *Si*, & *Tant*; ut.

Il a tant d'amis, qu'il n'en sait pas le nombre, tot ipsi sunt amici, ut numerum eorum ignoret.

Elle a été Si malade, qu'elle en a perdu la connoissance, adeò ipsa ægrotavit, ut cognitionem amiserit.

Deinde in *Negationibus Comparativè* sumptis, ut:

Les Anglois n'ont pas Tant perdu de Vaisseaux, que les Hollandois, Angli non jacturam fecerunt tot navium, quam Hollandi.

La Ville de Harlem n'est pas Si divertissante que Leide: Civitas Harlemensis non est adeò amæna quam Lugdunum.

O Tan-

Tandem *Si*, & *Aussi*, *Adjectivis & Adverbiis* præponuntur.

Tant & *Autant*, *Substantivis* in *Genitivo*, cum *Articulo Indefinito*, ut:

Il y a Autant de Cicérons & de Démosthénes, qu'il y a de Professeurs en cette Université. Quot sunt Professores in hâc Academiâ, tot sunt Cicerones & Demosthenes.

Observa, quod Adverbia Quantitatis requirant *Articulum Indefinitum*, si exceperis *Force*, pro *Multis*, quod adjectivè sumitur, nullumque postulat *Articulum*, & *Bien*, quod *Articulum Definitum* requirit in *Genitivo*, ut:

J'ai force argent, habeo multas pecunias.
Il a bien du soin, ipsi maxima cura est.

CAP. V.

De Adverbiis Negationis, & eorum Usu.

Non, non.
Nenni non; vix eo utimur, nisi in *vulgari & humili discursu*, adeò nunc exoluit apud bonos scriptores.
Nullement, neutiquam.
Point du tout, nil prorsùs.

Excusez moi / *pardonnez moi* } excusatum me habeas.

Et ejusmodi formulæ loquendi, quæ licèt nullam in se contineant particulam negantem, *Negativam* tamen habent *Significationem*.

Ni, nec, nequè.

Ne, non.

Pas, *Point*, non.

Non, absolutè ponitur sine *Verbo*.

Ne, ante *Verbum*.

Pas, & *Point*, post *Verbum*.

Elegantissimè tamen *Pas*, *Point*, *Rien* antè *Infinitives* ponuntur, ut: *Pour ne pas*, vel *Pour ne point vous ennuier*, ne vobis tœdium parem.

Afin de ne rien faire mal à propos, ne quid ineptè faciam.

Observationes circà *Pas*, *Point*.

1. *Point*, fortiùs negat, quàm *Pas*.

2. *Point*, Præponitur *Substantivis* cum *Genitivo Articuli Indefiniti*, ut:

Point d'argent, *Point de Suisses*.

Excipe dum Determinatio fit per *Relativum*, ut:

Nous n'avons point les forces que vous demandez, nobis non sunt vires quas tu petis.

3. Dum Particula (*En*,) præcedit, utendum *Point*, ut:

Avez-vous des amis? Je n'en ai point, habes-ne amicos? minimè.

Sed post Relativa (*Le*, *La*, *Les*) utimur *Pas*, ut:

Aimez-vous cette fleur? Non, je ne l'aime pas. Amas ne florem istum? Nequaquam.

Poursuivrez-vous vos études? Non je ne les poursuivrai pas. Prosequeris-ne studia tua? Minimè.

4. Si interrogatio fit per *Pas*, Respondetur cum *Point*; quia *Pas* nunquam absolutè ponitur, ut: *N'avez-vous pas fait cela?* Nonnè illud fecisti: *Resp. Point*, minimè.

5. Utimur *Pas* antè *Pour*, ut:

Ce n'est pas pour moi, non est pro me.

Antè *Pour tout*, vel *Du tout*, elegantius usurpatur *Point* quam *Pas*, ut:

Il ne le fera Point pour tout, Point du tout, minimè id facturus est.

6. *Pas*, est maximè in usu ante has quattuor *Monosyllabicas* Dictiones, *Peu Moins*, *Plus*, & *Mieux*, uti:

Il n'a pas peu de moiens, non sunt ei exigua media, *Il n'a pas moins de puissance*, non est ei minor potentia.

Nota.

Nota.

Pas & Point variis modis omittuntur, ut:

1. Accedentibus *Jamais* nunquam, *Personne* nemo, *Rien* nihil, *Aucun* nullus, *Aucunement* nullo modo, *Nullement* nequaquam, *Guére* parum, *Plus* amplius, ut: *Je n'ai rien à faire* nil habeo quod agam, *je ne le vis jamais* eum nunquam vidi, *nous n'avons plus d'amis* nullos amplius habemus amicos, *personne ne nous en sait gré* nemo nobis gratias refert.

2. Post Verba *Impedimentum*, *Timorem*, *Dubium*, *Negationem*, vel *Precautionem*, significantia, sequente particulâ (*Que*), ut: *il empêche que je ne fasse mon devoir*, vel *il m'empêche de faire*, &c. me impedit ne fungar officio meo. *Nous craignons que cela n'arrive*, veremur ne hoc accidat.

E contrà, *Nous craignons que cela n'arrive pas*, veremur ne hoc non accidat.

Vous ne doutez pas que je ne sois votre ami, tu non dubitas quin tuus sim amicus.

Prenez garde que je ne vous joüe quelque mauvais tour, cave tibi nè te circumveniam.

Vous ne direz jamais que je ne sois celui, tu

tu nunquam negabis quin ego ille sim, &c.

3. Interrogatione factâ cum particulâ, (*Que*,) aut *Conditionalibus Negativis*, ut:

Que ne venez-vous? Cur non venis?

Si ce n'étoit pour la compagnie, je vous ferois voir, &c. Nisi esset propter consortium, tibi ostenderem &c.

4. Post *Autre* & *plus*, cum eâdem particulâ, ut:

Je suis plus à vous que vous ne croyiez, magis tuus sum, quam credis.

Elle est tout autre, que vous ne pensez, omninò alia est, quam tu cogitas.

5. Post Verba *Pouvoir* & *Savoir* omittitur (*Pas*.)

Deinde post *Ne bouger* se non movere, *Ne dire mòt* silere, *Ne voir goûte* nil videre, *Ne cesser* non intermittere, *N'oser* non audere.

6. Accedente particulâ (*Ni*,) ut:

Je n'ai ni or ni argent, mais ce que j'ai je te le donne, aurum nec argentum habeo, sed quod habeo tibi do.

Je ne suis ni borgne ni boiteux, nec cæcus nec claudus sum.

Ni plus ni moins, id est, nec plus nec minus, ut: *vous en aurez deux écus, ni plus ni moins*, duos habebis imperiales, nec plus nec minus.

Ni lui ni vous, Nec ipse nec tu.

7.

7. Dum (*Que*) pro (*Nisi*) ponitur, ut: *Il n'y a que vous, qui m'empêchez d'être hûreux*, nullus est, nisi tu, qui meæ felicitati moram injjciat.

Comme il n'y a qu'un Soleil au Firmament, ainsi il n'y a qu'un Dieu au Ciel, Quemadmodum non nisi unus est Sol in Firmamento, ita non est nisi unus Deus in Cœlo.

Tandem in phrasibus sequentibus.

Il y a trois mois, long-tems, que je ne lui ai parlé, tres præteriere menses ex quo non locutus sum cum illo.

Je ne vous verrai d'un mois, de six semaines, mensis præteribit priusquam te videro.

Circà hæc Negationis Adverbia, *Pas Point*, possunt conferri ea quæ habentur apud *D. Desmarais*, in suâ Grammat. pag. 531. in fin. & seqq. ubi de *Usu Adverbiorum*; & apud Reverend. Patrem *Buffier* in dict. Grammat. pag. 279. in *suis Observationibus* ad *Adverbia Negativa*.

Cap. VI.

De Adverbiis Qualitatis, Demonstrandi, Interrogandi, Comparandi, Hortandi, Remittendi, Optandi, Promittendi *&c. de quibus nihil observatu dignum, nisi, ut memoriæ mandentur.*

Qualitatis.

Bien benè, *mal* malè, *à peine*, *à grande peine* vix, *aisément*, *facilement* facilè.

Hîc observandum, quod Plurima Adverbia, tum *Qualitatis*, tum *Quantitatis*, formentur ex *Adjectivis*, addendo (*ment*) ut: *Grand*, *Grandement*, sic, *Moderé*, *Moderément*, moderatè.

Terminata verò in (*ant*) aut (*ent*) mutando (*nt*) in (*mment*) ut: *Puissant*, *Puissamment*, potenter, *Prudent*, *Prudemment*, prudenter.

Demonstrandi.

Voici ecce hîc, *Voilà* ecce ibi.

Observa, quod si ante *Voici* & *Voilà*, Pronomen (*Le*, *La*, *Les*) usurpetur, Relati-

lativum (*Qui*) sequi debet, ut: *Le voici qui s'aproche*, *La voila qui s'aproche*, ecce appropinquat, non *Le Voici qu'il*, *La Voilà qu'elle*, &c.

Sed si illa *Pronomina* non præcesserint, intendum est (*Qu'il*,) ut: *Lors qu'on y pensoit le moins*, *Voici qu'Il*, *qu'Elle arrive*, Dum de eo minimè cogitabant, ecce venit.

Interrogandi.

Pourquoi Quarè? *Comment* Quomodo? *Pourquoi non* Quidni? *Combien* Quanti? *Non pas*, *non point* Nunquid?

Comment quomodo, est Adverbium *Interrogationis*, non *Similitudinis*, ut: *Comment vous portez-vous* quomodo vales? *Comment ferez-vous* quomodo facies?

Comme quemadmodum, *Similitudinem* demonstrat, ut: *il est noir comme un More*, est niger instar Æthiopis, vel *Il est aussi noir qu'un More. Il parle comme un fou*, instar stulti loquitur.

Comparandi.

Plus plus, *Mieux* meliùs; *Pire* pejus.

Adde, *Comme* tanquam, uti, *Aussi que* æquè ac: & vide ea quæ statim diximus ad *Adverbia Interrogandi.*

Hùc etiam referri possunt *Adverbia Similitudinis*, de quibus mox dicturi sumus.

Hortandi.

Orsus agè, *Orça Courage* agèdum.

Remittendi & Acquiescendi.

Tout beau, *tout Bellement* lentè, *Peu à peu* paulatim, *Pas à Pas* pedetentim, *à grande peine* vix, *Doucement* quietè.

Prohibendi.

Tout beau, *ne faites pas cela* siste, ne hoc facias, *Gardez vous* cave.

Dubitandi.

Peut-être, *Par hazard*, *Par cas fortuit*, casû fortuito.

Similitudinis.

Comme sicut, *Ainsi que*, *Tout ainsi que* veluti, *Semblablement*, *Pareillement* similiter, pariter.

Vide paulò superiùs *Adverbia Comparandi.*

Congregandi.

Ensemble unà, *L'un avec l'Autre* simul.

Separandi.

Séparément, *à l'écart*, seorsim, *Arriére*, retrorsum.

Ite-

Iterandi.

Encore adhuc, *Derechef* iterum, *Quelque fois* aliquandò, *Coup sur coup* iteratis vicibus.

Intendendi.

Si tam, *Tant*, *Si fort* adeò, *Grandement* valdè, *Du tout*, *Totalement* prorsus, *Trop* nimium.

Numerandi.

Combien de fois quoties, *Une fois* semel, *Un million de fois* decies millies, *Plusieurs fois* pluries.

Ordinandi.

Premiérement primò, *Secondement* secundò, &c. *En premier lieu*, *En second lieu*, vel *Pour le premier*, *Pour le second* primò, &c. *Aprés* post, *Puis aprés* postea, *Tout d'un coup* subitò.

CAP. VII.

De Conjunctionibus.

CONJUNCTIONUM multæ sunt facultates, ut:

Copulativa.

Et, *Aussi* etiam, *Davantage* insuper, *à savoir* nimirum.

Disjunctiva.

Ou, vel *Ni*, nec.

Causales.

Parce que, ~~*d'autant que*~~, *à cause que*, eo quod, quia, *Afin que*, ut.

Afin que, & *Parce que*, in eo differunt, quòd *Primum* Causam Finalem representet, *Alterum* Efficientem, ut: *Dieu nous a créés afin que nous le servions* Deus nos creavit ut ei serviamus, *Jésus Chrît est mort pour nous, parce qu'il étoit*, Jesus Christus pro nobis mortuus est, quia &c.

Discretiva.

Mais sed, *Toutefois* tamen, *Néanmoins* nihilominus, *Encore que* licèt.

Com-

Completiva.

Dont, *Or donc* igitur.

Exceptivæ.

Hormis, *Excepté* præterquam, *Sinon* nisi.

Sinon usurpatur nullo sequente *Verbo*, ut: *Personne ne le souhaite, sinon vous*, nemo illud optat, præter te, vel, *que vous*.

Ante *Verbum*, (*Non*) mutatur in (*Ne*,) hoc modo: *si vous ne retournez bien tôt*, &c. nisi revertaris citò, &c.

Conditionales.

A condition que, *à la charge que*, eâ lege ut.

Si si, est *Conjunctio* admodum frequens in nostrâ linguâ, & cujus usus non exiguam movet difficultatem, præprimis *Germanis*.

Illa igitur construitur cum omnibus Temporibus *Indicativi*, excepto *Futuro*; & recusat omnia Tempora *Conjunctivi*, præter *Plusquam Perfectum Optativi*, ut;

Cum Præsenti.

Si je suis savant, je n'en serai pas moins héreux., Si sim doctus, non ideò minori fœlicitate fruar.

Cum Imperfectò.

Si j'étois riche j'aurois du crédit, Si essem dives authoritate pollerem.

Cum Perfecto Simplici.

Si je fus surpris vous ne futes pas moins étonné, si obstupuerim non minus fuisti attonitus.

Cum Perfecto Composito.

Si j'ai failli vous me l'avez pardonné; Si errorem commisi tu mihi illum condonasti.

Cum Plusquam Perfectis.

Si j'avois été, vel *si j'eusse été votre serviteur vous m'auriez récompensé*, Si tuus fuissem famulus tu me remunerasses.

Cum Præsenti, loco *Futuri*.

S'il fait demain beau nous irons aux champs, non *S'il fera*, si cras serenus sit aër, ituri sumus ambulatum.

NB. Dum significat *An*, vel *Utrum*, *Futurum* quoquè admittit, ut: *Je ne sais si vous me ferez cet honneur-là*, ignoro an tu mihi illum facturus sis honorem.

Ne particula (*Si*) repetatur, usurpatur (*Que*) cum Optativo modo, ut: *Si vous lisez, & Que vous n'entendiez pas, c'est comme si vous chassiez, & Que vous ne prissiez rien.* Si legis absque intellectu, æquè est ac si venareris absquè predâ.

De

De Conjunctionibus Optativum postulantibus, & de *iis* quæ Indicativum petunt, suprà actum est Cap. 8. De Usu temporum.

Cap. VIII.

De Præpositionibus.

Præpositiones sunt *Separabiles*, vel *Inseparabiles*.

Inseparabiles, sunt *A*, *E*, *Con*, *Dé*, *Dis*, *In*, *Pré*, *Re*, *Sus*, *Trans.*

A, denotat *Accessum*, ut: *Aborder* accedere, *Accompagner* comitari, *Aporter* afferre.

E, denotat *Egressum*, vel *Status* mutationem, ut: *Eveiller* expergefacere *Ecarter* dividere,

Con, designat *Conjunctionem*, ut: *Conjoindre* conjungere, *Conférer* conferre.

Dé, *Dis*, notant *Divisionem aut Negationem*, ut: *Débarquer* è navi exire, *Désarmer* armis privare, *Disjoindre* disjungere,

In, denotat *Privationem* rei alicujus, ut: *Incivil* incivilis, *Infidel* Infidelis.

Pré-

Pré: Idem designat ac *ante*, ut: *Préférer* præponere, *Prédire*, prædicere.

Re, significat *Iterationem* ut: *Redire* repetere, *Remettre* reponere.

Trans, designat *Motum localem*, ut: *Transfuge* transfuga, *Travestir* mutare vestes, *Trépasser* pro *Transpasser*, vitam cum morte commutare.

Separabiles sunt *Simplices* & *Composita*.

Simplices Nominativum postulant, non *Accusativum*; id quod apparet ex exemplis sequentibus, *l'Homme pour qui vous avez tant pris de peine* vir propter quem tantam passus es molestiam, *La Femme contre qui, avec qui* &c. Mulier contrà quam, cum quâ, &c.

Excipe *Loin* procul, *Près* propè, *Hors* extrà, quæ cum *Genitivo* construuntur.

Vide tamen circa has duas Præpositiones *près*, *hors*, *D. Desmarais* in dict. Grammat. pag. 594, & 613.

Composita Ablativo gaudent, Excepto d'*Avec*.

Sequentes regunt *Dativum*.

Quant quantum, ut: *Quant à lui* quan-

quantum ad eum, *Quant à vous* quantum ad nos &c. *Jusque*, vel *Jusques*, usque: *Jusques* præponitur *Consonantibus* & *Vocalibus*, *Jusque* Vocalibus tantum, & patitur *Apostrophum*, ut: *Jusques à moi*, & *jusqu'à moi* Usque ad me.

Sequente Aliâ *Prapositione*, vel *Adverbio*, nullum casum regit, ut: *jusques dans la Ville*, *jusques ici*, *jusques là*, *jusques où irez-vous*, quò usque ibis?

Simplices sunt.

A, a, vel ab	*Entre*, inter
Après, post	*Envers*, ergà
Arriere, retrò	*Environ*, circà
Avant, ante	*Hors*, } extrà
Avec, cum	*Horsmis*, } extrà
Chez, penes	*Joignant*, propè; juxtà
Contre, contrà	*Jusque*, *jusques*, usque ad
Dans, *en* } in	
De, à, ab, de, è, ex	*Loin*, procul
Deçà, cis	*Malgré*, invito, invitâ
Delà, citrà	
Depuis, à, ab, ex	*Nonobstant*, non obstante
Derrière, retrò	
Devant, antè	*Outre*, præter, ultrà
Devers, versus	*Par*, per
Durant, per, durante &c.	*Pardevant*, coram
	Parmi, inter

Pendant, per, durante &c.	*Selon*, secundum, juxtà
Pour, pro	*Sous*, sub
Près, propè	*Suivant*, secundùm
Sans, sine	*Sur*, super.

Compositæ sunt.

à l'entour, *au tour* } circà	*au devant*, antè
	au derrière, post
	à côté, ad latus.
au dedans, ad intrà	*au deçà*, cis
au dessus, suprà	*au de là*, citrà
aux environs, circiter	*vis-a-vis*, è regione
au dessous, infrà	*au dehors*, ad extrà.

Præpositiones habent varias Potestates, ut:

Loci & Situs.

Dans
En
à ut: *il est* {
Hors de
Sur
Sous

Dans Leide
En Hollande
à Lion
Hors de la Ville
Sur l'Onde
Sous le Ciel

Ordinis.

Devant ⎫ *Vous marchez devant moi*
Aprés ut: ⎬ *J'irai après vous*
Chez ⎭ *Vous demeurez chez Monsieur*

Tem-

Temporis.

avant	}	Avant le Printemps
Pendant ut:		Pendant l'Eté
Depuis		Depuis l'Hiver

Termini ad Quem.

En	}	en Hollande
ut: Il va		
à		à Paris.

A Quo:

De, ut: Il partira d'Amsterdam, de la Haie.

Causa.

Efficientis, Par	}	Un Navire fait par un Maitre.
Finalis, Pour		Naviger.

Materia.

De ut: de bois, de fer, d'or, d'argent.

Observandum est, quòd De, Du, de la, Des; A, Au, A la, A l', Aux non solum Articuli sint Genitivo & Dativo inservientes; verum etiam Præpositiones. Dum enim dicitur, Il est sorti de la Maison, du Logis, pour aller à son Jardin, vel au Jardin, exprimitur exitus e domo; ad eundum ad hortum; De la, Du, non sunt Articuli Genitivi, sed Præpositione à, vel ex.

ex. Sic *A*, & *Au*, *Dativo* non inserviunt, sed *Nominativo*; & ità Præpositionem *In*, vel *Ad*, significant.

